

Centro de Cultura Hebraica

BIBLIOTECA

*Núm.* 13





SE-E-5-B









*NVMORVM*  
*HEBRAEO-SAMARITANORVM*  
*VINDICIAE.*

LIBRARY OF THE  
CONGRESS  
PHOTODUPLICATION SERVICE  
510 MAZDAH STREET  
ALEXANDRIA, EGYPT  
MINISTERIO DE CULTURA  
BOGOTÁ

FRANC. PEREZII BAYERII

ARCHIDIAC. ET CANON. VALENTINI

SER. HISP. INFANTVM CAROLI III.

REGIS FILIORVM INSTITVTORIS PRIMARII

REGIAE BIBLIOTH. MATRITENSIS PRAEFECTI

NVMORVM

HEBRAEO-SAMARITANORVM

VINDICIAE.



VALENTIAE EDETANORVM  
EX OFFICINA MONFORTIANA  
MDCCXC.

R. 362



HERNANDEZ BAYONA  
MAYOR DE LA  
CARRERA DE CAROL DE  
MAYOR DE LA  
CARRERA DE CAROL DE  
MAYOR DE LA  
CARRERA DE CAROL DE  
MAYOR DE LA  
CARRERA DE CAROL DE



R 365




# CAROLO QVARTO

HISPANIARVM ET INDIARVM REGI.



*DECENNIVM prope est, REX AV-  
GVSTISSIME, quum immortalis me-  
moriae CAROLI REGIS Parentis Tui Nomini  
exiles meos de numis Hebraeo-Samaritanis labo-  
res consecravi, et quam in Italico itinere colle-  
geram eorum numorum messem excelso Maiesta-  
tis Eius solio votivum advolvī munus, quod illi-  
co in Regiam Bibliothecam Matritensem Ipsius  
iussu delatum fuit. Nec diu post, cum veteris  
Hispaniae Geographiae iuvandae studio littora-  
lem Baeticae ac Lusitaniae oram perlustrarem,  
in*



Colour Chart #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

*in ea etiam peregrinatione et postquam ad propria redii non poenitendum mihi eorundem numerorum spicilegium accessit: quod itidem brevi commentario auctum eidem Regiae Bibliothecae curae interea meae concreditae privato consilio destinabam. Verum eodem tempore nuperus Scriptor Germanus, vir ceteroquin doctus, qui vulgato prius Germanico opere numerorum Hebraeo-Samaritanorum fidem oppugnaverat, quique Latine mecum saepius per literas de eodem argumento egerat, ex insperato libellum Hispanicum, peregrino nimirum ipsi idiomate conscriptum atque editum, Matrili atque alibi per Hispaniam crebris exemplis disseminavit, acri eosdem numos et Samariticam scripturam convicio excipiens, arcanissimaeque litis arbitrium promiscuae et imperitae multitudini permittens: tantum videlicet eius intererat profanum gentis nostrae vulgus numerorum Hebraeo-Samaritanorum falsitatem edocere! Iam vero cum singula eius libelli obiecta seorsum à me discutienda ac refutanda essent,*

*sen-*

*sensim prior ille labor in libri molem assurgit, eiusque NOMINI TVO devovendi cogitatio continuo animum pervadit. Nec diu deliberandum de eo fuit, cum CAROLVS Parens, cuius non modo regnorum et imperii heres sed eximiarum quoque virtutum aemulator es, non parum his lautitiis delectaretur, et in eodem argumenti genere illustri ac nunquam intermorituro exemplo Tibi praeiverit. Verùm est praeterea cur numorum Hebraeo-Samaritanorum apologia Te potissimum atque Hispaniae Reges Patronos iure suo adsciscat et quodammodo sibi vindicet; cum illorum scriptura, primigenia meraque Punico-Hispana, id est, Poenorum Baeticae olim oram ad utrumque mare incolentium fuerit, uti ex una Samariticorum cum numis Punico-Gaditanis collatione manifestissime apparet: prorsus ut qui utramvis, ambas eâdem opera tueatur.*

*Quicquid autem hoc rei est, REX AVGVSTISSIME, ut placido ac benigno vultu accipias quaeso, nec tam donum quam donantis animum inspicias,*  
*qui*

qui ut omni laude cumulatus incedas , cunctaque  
Tibi ex voto eveniant , praecipue vero ut Te , le-  
ctissimam Coniugem , Prolemque Regiam et ve-  
re auream sospitet ac diutissime servet assidue  
DEVM precatur et orat ,

REX AVGVSTISSIME

N. M. Q. T

*devotissimus*

FRANCISCVS PEREZIVS BAYERIVS.



## LECTORI.

**P**AVCA praemonendus es, Lector, quae et Typographi et Curatoris editionis, et nostram diligentiam effugerunt. Ea vero ne incurras, in operis limine exhibenda eademque operâ emendanda sunt, nimirum:

Pag. 73. lin. 3. *detergeret*, lege *detegeret*.

....131. lin. 6. *dharabacháne*, lege *dharabcháne*.

....151. lin. pen. *γνωρίσμασι*, lege *γνωρίσμοσι*.

....152. lin. 14. *Barco-Kebam*, lege *Bar-Chochebam*.

....169. lin. 2. MDCCLXXI. lege MDCLXXI.

Ib. lin. 12. et 13. *Digramm. & Plut.* lege *Digramm. &, Plut.* interiecta scilicet incisi seu commatis notâ, : ut sensus sit: *Digrammate* signato &: *Pluteo* IV: n. 22.

Plura et fortasse graviora ne irreperent in opere praesertim ob characterum exoticorum varietatem typographicis mendis quam maxime opportuno, D. Ioachimi Bergon et Navarro, Valentini, Patriae Academiae à Bibliotheca et in eadem Arabicae Linguae perpetui Antecessoris assiduus effecit labor, perpetuumque de me benemerendi studium: quo nomine plurimum ei me debere agnosco et profiteor.

Pag. 38. Not. 2. D. Emmanuelem Trabucum Canonicum *Cordubensem* dixi; cum Canonicus *Malacitanus* sit.

Pag. 19. *Siclos et semisiclos hactenus detectos ad primum et secundum Simonis Machabaei Pontificatus annum pertinere* statui, *neque ulterius procedere*; postea vero è literis D. Iacobi Bartholemii Numophylacii Regis Galliarum Custodis primarii, Parisiis 16. Augusti 1790. intellexi exstare in eo unicum fortasse sub caelo, atque indubium anni tertii Simonis siclum  
cum

cum literis Samariticis  $\gamma\omega$  *Schin*, *Ghímel* supra urnam, ponderis 256. granorum Gallicorum: cuius ectypum, suo loco sistendum, Vir clarissimus atque amicissimus benigne ad me transmisit. An non et sequentis, id est quarti Pontificatus Simonis, anni siclum in apricum olim aetas proferet, ut Vaseri oracula impleantur?

..... *Quid non speremus amantes?*

De chartae nitore ac typorum elegantia, deque reliquo editionis ornatu, tua existimatio, tuum esto iudicium.

ELEN-

## ELENCHVS CAPITVM.

- CAPVT I.** *Quae causam huic scripto dederint. Controversiae cum D. Olao Gerardo Tychsenio status atque historia. . . . .* Pag. 1.
- CAP. II.** *Notanda de numis Hebraeo-Samaritanis. Perpetui eorum canones. Animadversiones in D. Tychsenium. Pro siclis numisque à Simone Machabaeo cuspis coniecturae ac centumvirale de iisdem iudicium. Semisicli ac numorum mox edendorum historia, ectypa, et peculiaris singulorum gnorismata. . . . .* Pag. 15.
- CAP. III.** *Recensio historica locorum ad numos Hebraeo-Samaritanos spectantium è literis D. Tychsenii. Edita Eius opuscula et literae de eodem argumento, cum ἀποβαιοῖς. . . . .* Pag. 50.
- CAP. IV.** *Expenduntur rationes et argumenta quibus D. Tychsenius in Refutatione Hispanica et literis numorum Hebraeo-Samaritanorum fidem impugnat. . . . .* Pag. 90.
- CAP. V.** *Varia de eodem argumento ex editis D. Tychsenii opusculis et literis. . . . .* Pag. 129.
- APPENDIX.** *De auctore Hispanae Homeri Odysseae versionis quae sub Gundisalvi Perezii nomine circumfertur. . . . .* Pag. 166.
- Ioannis Paëzii de Castro ad Philippum II. Hispaniarum Regem Nuncupatoria: et eiusdem ad Gundisalvum Perezium Familiaris. . . . .* Pag. 188.
- Ac-

Accedunt ad calcem Operis

- D. Iacobi Bartholemii Christianiss. Regis Galliar. Numophylacii Custodis primarii, de numis Hebr.Samar. binae literae Paris. xx. April. et ix. Iul. MDCCXC. . Pag.I.*
- D. Tychsenii Refutatio Hispanica argumentorum pro numis Hebraeo-Samaritanis. . . . . Pag.XVII.*



NVMORVM  
HEBRAEO-SAMARITANORVM  
VINDICIAE.

CAPVT PRIMVM.

*Quae causam huic scripto dederint. Controversiae cum D. Olao  
Gerardo Tychsenio status atque historia.*



GRESSVM me vixdum atque expeditum à  
Veteris Scriptorum Hispaniae Bibliothecae  
typis edendae cura in quam muneris mei  
rationes impulerunt, intermissa diu de  
Phoenicum et Graecorum in Hispania numis, quorum tra-  
ctationem ultro susceperam deque ea fidem meam publice  
obstrinxeram studia revocabant. Atque eodem impensae pri-  
dem in eo argumento operae multorumque annorum labo-  
res praecipue vero bonus nescio quis Genius ac minime  
invitum abripiebat, cui ut obsequerer arduum sane ac pe-  
riculosum nec paucorum mensium iter per littoralem Bae-  
ticae ac Lusitaniae oram ad utrumque mare septuagenario

A

ma-

maior aggressus sum: nimirum ut oppida urbesque in quibus ii numi cusi ferebantur praesens inviserem, eorumque situm, gradus, intervalla locorum invicem, aliaque his affinia et plane necessaria penitus nōsem, èque superstitibus hodierna nomina cum antiquis conferrem horumque vestigia et reliquias exquirerem. Accidit vero ut in ipso eius itineris limine praeter spem atque opinionem omnem in Israëlis semisiclum, numorum quotquot ab Hebraeis cusi sunt rarissimum, integrum indelibatūque ac nulla non ex parte sibi constantem inciderem, quem possessor ultro mihi ac perbenigne utendum plenoque iure habendum concessit, moxque in non minoris fidei atque integritatis siclum, et postquam Matritum redii in alios subinde atque alios numos Samariticos ad secundum ac tertium Simonis in Israële principatus annum pertinentes: quos seu sponte oblatos sive prece aut pretio redemptos mihi comparavi.

Ac semisiclum quidem saepius ego in diversoriis animi causa, numos autem domi postea mecum tacitus observabam ac veluti munus è caelo delapsū intuebar: unum interea dolens quod non mihi ad manum fuissent quo tempore de numis Hebraeo-Samaritanis tractatum edidi, cum ad eorum fidem consolidandam mirifice faciant. Et erant qui ut eosdem continuo in lucem emitterem suaderent, veriti scilicet ne interciderent; mihi vero abunde utrisque provisum videbatur si Regiae Bibliothecae Matritensi cum iis quos pridem vulgaveram et in eadem adservantur custodiendos atque Eruditis sine invidia communicandos traderem: id quod propediem exequendum erat.

Ve-

Verum ineunte Octobri MDCCLXXXVI. delatus mihi fuit per cursores publicos è Vasconia quemadmodum ferebatur, sed re ipsa ex Hollandia, literarum fasciculus nomine meo inscriptus, cui sub simplici involucro inerat libellus XIV. octavae minoris formae paginarum Hispanice editus absque Loci et Typographi notatione, hoc titulo: *Refutatio argumentorum quae Dominus D. Franciscus Perezius Bayerius nuper allegavit pro numis Samaritanis, auctore D. Olao Gerardo Tychsenio Serenissimi Ducis Mecklenburgensis Consiliario cet. cet. 1786* <sup>(1)</sup>: in cuius initio *numorum Samaritanorum falsitas demonstrata ab Eo dicitur* <sup>(2)</sup>, *et momenta quibus in vulgato de iisdem numis tractatu eorum fidem et antiquitatem tuitus olim fueram usque adeo nullius esse roboris, ut nisi Auctori in opusculo de eodem argumento Germanice antea edito elliptica quaedam atque ad detegendam impostorum qui hos numos phantasticos Reipublicae Literariae intulerunt fraudem conspirantia hac occasione in vulgus emittenda essent, minime in illis dissolvendis bonum otium contrivisset* <sup>(3)</sup>.

Per-

(1) Refutacion de los argumentos que el Sr. D. Francisco Perez Bayer ha alegado nuevamente en favor de las Monedas Samaritanas: por D. Olao Gerardo Tychsen del Consejo de S. A. S. el Duque de Mecklenburg, Profesor de Literatura Oriental y Bibliothecario en la Universidad de Butzow, 1786. *Libelli frons.*

(2) Habiendo llegado à noticia del Sr. D. Francisco Perez Bayer el Discurso, que publicè en 1779. demonstrando la falsedad de las Monedas Samaritanas, al tiempo que imprimia su Libro de Nu-

*mis Hebraeo-Samaritanis*, quiso refutar en el Prologo mis argumentos cet. *Libelli init. n. 1.*

(3) Pero sus razones son tan de ningun valor, que no me huviera ocupado en responder à ellas, sino fuese por aprovechar esta ocasion de dar al publico algunas observaciones que faltan en la Edicion Alemana de mi Obrita, y conspiran à descubrir el engaño de los monederos falsos que introduxeron en la Republica literaria estas fantasticas monedas. *Num. 1.*

Perculit me hoc fateor; nec tam libelli stilus fastusque quam sermonis Hispani novitas in viro extero quique non semel antea Latinas ad me literas easque humanissimas perpetuò dederat animo infixi haerebant: quasi non tanti Eius interesset me à veritatis tramite deviantem Hispanosque qui Latine nôrunt et reliquas Europae nationes, quanti unius gentis nostrae vulgus numorum Hebraeo-Samaritanorum falsitatem edocere. Et vero non tanti Eius intererat postquam literariae atque à vulgi captu remotissimae litis arbitrium promiscuae et imperitae multitudini permisit: nimirum, *ut, quemadmodum Ipse iactat atque intelligi vult, universa Hispanorum natio de ea iudicare possit*, re autem ipsa ut vanissima quae libellus continet ostenta pro firmis rationibus venditet, nugasque meras rudi harum rerum populo atque errori opportuno absque examine hauriendas propinet. Pergit enim: *Quando autem cum viro Hispano doctrinae atque eruditionis non vulgari laude commendato concertatio inita est, congruens quoque visum fuit ut argumentorum eius refutatio, proprio, id est vulgari Hispanorum sermone in lucem prodiret, nimirum ut universa eius gentis natio de controversia statuere ac pronuntiare valeat* <sup>(1)</sup>: quod mihi aequè ineptum videtur ac si vicissim ipse ob easdem causas Germanice ad libelli obiecta responderem. De eo tamen alias.

Ac libellus quidem pluribus exemplis Matriti divulgatus  
et

(1) Habiendose pues empeñado la disputa con un Literato Español justamente acreditado por su vasta erudicion y doctrina, me pareció conveniente, que mi Apologia se estampase en el idioma propio de su Nacion, à fin de ponerla en estado de que pueda pronunciar en la presente controversia. *Num. 1.*



et in bibliopoliis, ac si Deo placet in tonstrinis et cauponiis, apud aequos nimirum iudices et rerum aestimatores, lectus summoque omnium plausu exceptus fuit; immo etiam eodem tempore per cursores publicos ad amicos aliosque ubivis per Hispaniam viros primarios, ut postea mihi innotuit, ab Auctore directus, è quibus non pauci eum ad me remisere, ac serio admonitum non tam numis Hebraeo-Samaritanis quam nomini atque existimationi meae bellum in eo parari: nimirum ut quam laudem, ut ipsi aiebant, editus non ita pridem de iisdem tractatus mihi peperit alio traducerent atque excantarent; ac proinde per caput et fortunas meas orantes ne mihi deessem et continuo apologiam adornarem.

Haerebam ego quidem interea rumores qui de libello circumferebantur ac vulgi praeiudicia parum curans, animo autem ut semper à controversiis alienissimo; ac proinde nîl morabar amicorum hac de re studia atque incitamenta. Praeterea vix quicquam momenti in libello erat cui non plene occursum, immo quod non occupatum esset in mei tractatus prologo; contra vulgi autem placita praeceptasque semel opiniones nihil erat conandum. Verum econtrario obversabantur animo atque oculis quos pridem edideram, quique mihi postea obvenerant planeque in manus meas deciderant sicuti et numi Samaritici quasi meam fidem atque opem implorantes; eorum autem causam, cum olim deliciae meae fuissent et usque sint, in tanto discrimine deserere inofficiosum prorsus atque inhumanum videbatur. Quae cum saepe mecum volverem vicit tandem numorum fortuna et Machabai-  
cae

cae gentis gloriae amplificandae studium; ac proinde semisiclum numosque Samariticos post editum de his tractatum conquisitos et novissime in Regia Bibliotheca Matritensi detectos in lucem evestigio emittere, cumque pridem à me vulgatis ab omni falsitatis et suspicionis labe vindicare, ac SIMONI ISRAELIS PRINCIPI QVOD EOS LEGITIME CVDERIT ICE-  
RIT PERCVSSERIT votivam in aede velatae Fidei tabulam suspendere decrevi. Sed ut ad historiam redeam

Acceperam ego ante aliquot menses ab evulgato libello literas à D. Tychsenio manu sua optime mihi cognita exaratas in Academia Fridericiana XIII. Dec. MDCCLXXXV. in quibus de edito à me de numis Hebraeo-Samaritanis tractatu longe aliter immo diversissime et tantum non *ἐναντίως* disse-  
rit; ac propterea sub splendido Olai Gerardi Tychsenii titulo personatum aliquem è mangonum numero latère existimabam, qui mutuatis è Germanico Eius opere rationibus quibus numorum fidem elevare nititur Ipsius nomine per summum flagitium abusus fuisset ut libello auctoritatem conciliaret; nec quicquam interea sollicitabar, nisi ut rationum quas libellus continet momentis, à quocumque tandem profecta essent, occurrerem atque obviam irem.

Interea vero divulgato Matriti libello frequentes ad me amici atque in horas singulas ventitabant nuntiatum in bibliopolarum ac negotiatorum tabernis ad Ianum medium, atque ubivis in compitis ac triviis nomen meum impune proscindi ac dilacerari, quasi nubem pro Iunone fumosque pro sinceris et antiquis Hebraeorum numis venditâsem. Nec mihi  
quid

quid reponerem in promptu erat, neque ullo pacto in sapientem atque honestum virum cadere unquam posse existimabam, ut qui non ita pridem Latinas ad me literas humanissimas suaque manu exaratas dederat, quodque omnium caput est, qui lecto quem edideram atque ad Eum direxeram de numis Hebraeo-Samaritanis tractatu non satis causae suae fidere videbatur, litemque de iisdem ambiguam et ancipitem in literis edixerat<sup>(1)</sup>: Idem postea libellum peregrino Ipsi idiomate editum sub simplici involucro et absque literis ad me mitteret, in cuius primo limine *numorum Hebraeo-Samaritanorum falsitas ab Eo demonstrata, et momenta à me pro eorundem fide adducta nullius omnino ponderis esse* affirmantur. Perstiti igitur, immotaque insedit animo vetus illa suspicio, nimirum vero Domini Olai Gerardi Tychsenii nomini nebulonem subesse aliquem qui inter nos dissidium vellet.

Amici vero quibus utcumque pacandis autographas D. Tychsenii literas ostenderam legeramque, rogare urgere ac tantum non cogere me ut eas cum libello conferendas euestigio ederem: unum hoc et ad obturanda invidorum ora, et ad utrumque id est ad verum et subdititium Tychsenium internoscendum necessarium et praesentissimum fore affirmantes. Ego contra, inexpectata D. Tychsenii venia numquam aiebam commissurum ut privata inter nos colloquia in vulgus emanarent. At illi rursus atque identidem in aurem instillabant plus nimio me scrupulosum dictitantes, et maxime

cum

(1) Ad Samaritanos tuos quod attinet implicatam eorum causam strenue defendisti: : Si causa cadendum mihi sit te

eam malim obtinere quam quemvis alium; verum enim vero stet cadatve lis cet. D. Tychs. in lit. a. d. XIIX. Dec. MDCLXXXV.

cum prior D. Tychsenius libellum edidisset ; praeterea nihil arcanum aut viro sapiente indignum in literis quominus in lucem emitterentur contineri aiebant ; cumque unus ex iis aliquis cui plurimum ego tribuebam literarum si per me liceret utroque sermone , id est Latine et Hispanice edendarum provinciam ultro ad se recepisset , eius tandem precibus acquiescendum mihi fuit , atque eidem literarum apographum una cum libello typis ut libêret evulgandum permisi : quod utrumque ubi primum evasit prela tuto ad D. Tychsenium deferri curavi , simul cum eodem ipso libelli exemplo quod pridem ad me directum fuerat , et literis quibus enixe Eum rogabam ut quam posset disertissime num libellus ad Se pertineret ediceret : addens id quidem mihi , qui nec unco trahendus essem ut libellum ab Ipso profectum crederem , superfluum prorsus ac supervacaneum ; ad eos tamen qui econtra-rio D. Tychsenii nomine et auctoritate se tuebantur revincendos et in officio continendos omnino necessarium fore.

Atque haec quidem fide optima et in unius D. Tychsenii gratiam , ita me Deus amet , eatenus gesta fuere , videlicet ne siquis Eius literas cum libello committeret parum constantem suique dissimilem et plane ἀνακόλουθον deprehenderet. Namque ut rationibus quae in libello , quisquis demum eius auctor sit , adversus numorum Hebraeo-Samaritanorum fidem adducuntur plene satisfacerem , immo ut eas suberis umbra leviores ostenderem abunde mihi atque in numerato erat. Atque utinam ego parum alia moratus ab iisdem convellendis illico exorsus fuisssem !

Et

Et literas ego quidem ad D. Tychsenium pridie Cal. Nov. MDCCLXXXVI. dederam, easque cum nonnullis Eiusdem ad me literarum exemplis Latine atque Hispanice vulgatis transmissoque Refutationis Hispanae libello Berolinum direxeram ad Exc. Dominum Michaëlem Galvezium Catholici Hispaniarum Regis ad Borussos Legatum, quo securius citiusque ad D. Tychsenium deferrentur; Ipse vero lentissimo easdem gradu ad se pervenisse dolet, nimirum diu postquam suarum exempla utroque sermone edita ab amicis Matritensibus accepisset.

Quoniam autem earum Editor atque Interpres in prologo Pseudo-Tychsenium, libelli auctorem eatenus creditum, multo non tamen inurbano neque illiberali sale defricuit, D. Tychsenius novam pro eo, immo ut videtur pro se Ipso, apologiam adornavit ediditque Butzovii MDCCLXXXVI. Latine, hoc titulo: *Vindicatio Refutationis Hispanae scriptae ab Anonymi Hispani obiectionibus, auctore O. G. T. cet. nudumque eius exemplum per cursores publicos ad me deferendum curavit. In ea primum omnium dolet quod Ipsius literae bona fide scriptae se inscio in lucem et aspectum hominum protractae sint: verum se Tychsenium libelli seu Refutationis Hispanicae auctorem sistit: novam subinde ac diversissimam cur Hispanae eam scripserit causam adiicit: in siclos et numos Hebraeorum eorumque fidem denuo invehitur, atque ut mittamus alia Refutationis Hispanicae exordium cum Eiusdem ad me literis XIIX. Decembris MDCCLXXXV. id est se Ipsum sibi conciliare studet.*

Haesi cum haec legerem attonito similis, et maxime ubi D. Tychsenium Refutationis Hispanicae auctorem prodere sese nihil veritum esse intellexi, ac mecum tacitus hominum fidem inclamabam, proprioque periculo edoctus tum demum vere Astraeam atque honestatem omnem terras reliquisse aiebam. Et subibat interdum animum suspicio, num et recens haec Apologia è furtiva itidem, ut prior illa Refutatio, subornati alicuius Pseudo-Tychsenii officina prodiisset: id quod non pauca in utroque scripto de me deque rebus meis ex Hispania dubio procul Butzovium perlata suadebant<sup>(1)</sup>. Verum quicquid hoc demum esset, uni deinceps mihi meoque nomini consulendum statui, atque in obvios quosque hostes, Troës Tyriive forent, nullo discrimine districtum ensem capulo tenus infigendum.

Nec defuit dignum novae patellae operculum. Pauci effluxêre dies ab illata in Hispaniam Latina D. Tychsenii vindicatione, quum utroque sermone id est Latine atque Hispanice lucem vidit Matrity MDCCLXXXVI. apud Hilarium Santos interprete D. Thoma Firmino Artêta publico Regiorum Studiorum Matritensium ad Sanctum Isidorum Hebraicae Linguae Professore<sup>(2)</sup>. Fuerat huic mecum nîl certe tale commerito, ut Ipse coram plurimis atque idoneis testibus meque etiam praesente ultro atque ingenue professus fuit<sup>(3)</sup>, vetus et occulta similtas quae postea in apertum bellum erupit.

(1) Vidend. *Refut. Hisp.* n. xvii. et *Vindicatio Latina* n. i.

(2) Act. Liter. Hisp. (*Memorial Lit. de Esp.*) mensis April. 1787. pag. 535.

(3) Verene id commemorem, quando ut verecunde hoc faciam locus quodammodo me cogit, superstes Ipse et locuples adesto testis.

pit. Etenim cum in tentamine Hebraico anno MDCCLXXXVI. die XXVI. Iulii in altero è Sancti Isidori gymnasiis publice habito thesibus ibidem propugnandis è meo de numis Hebraeo-Samaritanis tractatu locum falso inseruisset ut me crassissimi in Lingua Hebraica erroris auctorem faceret: Regio Decreto XIX. Augusti eiusdem anni palinodiam ad pridem ab Eo editarum ac distributarum thesium oram scripto manuque sua testari compulsus fuit; ac proinde nactus opportunitatem nomini meo insultandi vacuam è manibus elabi noluit.

Vulgata igitur Hispanica Vindicationis Tychsenianae versione novi in me tumultus concitati, litisque impeditissimae et arcanissimae arbitrium confusae vulgi multitudini denuo permissum fuit; atque exinde Matriti passim in nundinis et compitalitiis ludis inter nucum frictique ciceris emtores de numis Hebraeo-Samaritanis eorumque fide disceptari, atque ad D. Tychsenium, è cuius aientis vel negantis ore delecti ab Eo iudices pendere videbantur, provocari coeptum; Interpreter autem in popularium et congerronum circulis classicum canere atque epinicia celebrare iussit.

In tanta igitur caligine una restabat literarum D. Tychsenii spes; namque editis eatenus libellis, quamquam uterque nomen Eius in fronte gerat, non usque adeo fidendum videbatur, cum neuter Ipsius manum aut subscriptionem afferat. Atque ea interea spe desiderium ego meum atque amicorum quotidie ad me ventitantium studia leniebam aegreque sustentabam, paene ut animum utrique desponderemus. Verum ineunte Ianuario anni sequentis seu MDCCLXXXVIII.

allatae ad me fuere per cursorem publicum è Toletis literae à Silvestro nescio quo Saravia eius urbis Academiae Scholare Linguarum Orientalium studioso ac D. Tychsenii, qualem se ipse iactat Apollinem suum vocans, amico et perfamiliari, quique ab Eodem in mandatis accepisse ait ut contentas in fasciculo quem ad me direxit literas mihi reddendas procuret. Inerant autem fasciculo perbreves D. Tychsenii ad me literae absque cera et lino, quibus nuntiabatur ad manus tandem Eius pervenisse quas pridie Cal. Nov. MDCCLXXXVI. dederam, nullaque interiecta mora respondisse, atque Hebraeo-Hispanum Pentateuchi Codicem quem olim pollicitus mihi fuerat Berolinum illico ad D. Galvezium in Hispaniam deferendum remisisse.

Verum cum et literae resignatae, et à D. Tychsenio Matritum directae essent (ad unum videlicet aliquem ex amicis qui mihi eas in manus traderet aut reddendas curaret) infractam ego earum fidem dolebam, tum cui bono Toletum delatae indeque Matritum ad me remissae fuissent non satis divinare poteram, et quorsum tandem hi ambitus et circuitiones evasurae essent paulo curiosius expectabam. Sed neque de illo quem praedixi Silvestro ut quis demum vir esset agnoscerem quicquam intermisi, donec certo comperi fictitium id nomen esse atque inter Toletanae Scholae Doctores alumnosve à saeculo inauditum; subque eo Salvatorem quemdam Dorotheum de Iriarte Iuris Civilis in eadem Baccalaureum non sine magna veri specie latère intellexi. Falsa et fucata omnia, de quibus fortasse alias.

Pau-



Pauci admodum postquam gesta haec sunt intercessere dies cum exoptatae D. Tychsenii literae Butzovii xvii. Cal. Dec. MDCCLXXXVII. Ipsius manu exaratae ad me pervenerunt; eas vero cum primum apud me tacitus, deinde amicis qui ex ore meo pendere videbantur legissem, tum demum utrosque mirum in modum frustratos planeque delusos sensimus, ac pro thesauris quos somniaveramus carbones in manibus nostris exstare vidimus. Etenim cum in iisdem de Arabica quadam quae nuper prodiit aut propediem edenda est numorum Hebraeo-Samaritanorum interpretatione, deque alia eorum tantum qui ignotos characteres gerunt Cl. Thomae Christiani Tychsenii Professoris Theologiae Gottingensis, de Kochio, de Klemmio, de Ekhelio eorumque scriptis, ac de aliis bene multis quae me nosse parum intererat, de quibus certe D. Tychsenius minime à me rogatus fuerat, plurima ingerat: de *Hispanica*, quod omnium caput erat quodque enixe ab Eo petieram, argumentorum meorum pro numis Hebraeo-Samaritanis *Refutatione* num scilicet ab Eo profecta esset, altum omnino silet, ac ne de nupera quidem sub Eiusdem nomine Butzovii Latine edita *Refutationis Hispanicae Vindicatione* mentionem iniicit, his verbis literas exorsus: *Nudius tertius per cursores publicos Berolino ad me perlatae sunt exoptatissimae Tuae prid. Cal. Novembris MDCCLXXXVI. scriptae, sed lentissimo gradu profectae literae, quas mirifice vellem celerime ad me pervolâsse, ut exortae è sensu alieno suspiciones statim praecaveri potuissent. Iuvat autem anteacta non tangere; raro enim vita humana sine fabula est:* quibus ad meum

ἑρώτημα responsum claudit, sermonem alio detorquens et in-  
iecta morali sententiolâ facta transacta omnia reputans, im-  
mo litem seriam in ludum vertens. Atqui cum D. Thoma  
Firmino Artêta longe liberalius egisse videtur ad quem non  
ita pridem scribens, ultro Se Refutationis Hispanicae aucto-  
rem sistit, si vera nobis narrat Actorum Hispaniae Literariae  
Scriptor<sup>(1)</sup>: prorsus ut post biennii investigationes et com-  
mutatas utrimque super hoc argumento literas, de iusto Re-  
futationis Hispanicae parente, num scilicet à D. Tychsenio  
cuius nomen gerit profecta sit, nihil adhuc certi affirmare  
possimus.

Quorsum autem hae latebrae et sobrium D. Tychsenii si-  
lentium pertineant, quis divinaverit? Mihi quemadmodum  
gesta haec legi pro suscepto hactenus Historici munere com-  
memoranda fuere; atque unum inde hoc videor elicere, pa-  
rum sibi à numorum Hebraeo-Samaritanorum impugnatori-  
bus prospectum, neque satis ex fide quae literas earumque  
cultores decet, in huius controversiae negotio processum ab  
iisdem fuisse. Viderint ipsi tamen, multaue merces unde  
potest eis defluat.

Atque hic proprius videbatur locus quae hactenus narrata  
sunt literis et opusculis D. Tychsenii comprobandi; quia ta-

men

(1) NOTA. Hemos visto una carta  
manuscrita con fecha de 22. de Marzo  
de este año (1787.) escrita por el mis-  
mo Tichsen (*Olao Gerardo*) à D.Tho-  
mas Fermin Artêta Cathedratico de Len-  
gua Hebrea en los Estudios Reales de es-  
ta Corte en que le dice: Siente mucho  
que le hayan atribuido (*esto es à Ar-*

*têta*) ser autor de la Refutacion Caste-  
llana contra el Señor Bayer, no habiendo  
tenido trato con èl hasta la presente carta.  
En esta misma afirma de nuevo que es  
suya (*la Refutacion*); pues es natural à  
cada uno defenderse quando es acometido  
de otro. *Act. Liter. Hisp.* (Memorial Li-  
terario) *April. 1787. pagg. 536. 537.*

## CAPVT SECVNDVM.

15

men in his continentur Eiusdem obiecta adversus numorum Hebraeo-Samaritanorum fidem quae huc adducere ac referre importunum ac nimis prolixum esset: placuit ad numos quos suscepi edendos, id est ad primarium huius tractationis scopum propius accedere, ac praemissis nonnullis cognitu necessariis eosdem fide optima aeri incisos Eruditorum conspectui sistere, seraeque posteritati consecrare.

## CAPVT SECVNDVM.

*Notanda de numis Hebraeo-Samaritanis. Perpetui eorum canones. Animadversiones in D. Tychsenium. Pro siclis numisque à Simone Machabaeo cusis coniecturae ac centumvirale de iisdem iudicium. Semisicli ac numorum mox edendorum historia, ectypa, et peculiaria singulorum gnorismata.*

**L**ICEAT mihi prius quam semisiclum Israëlis numosque Samariticos quorum ectypa proxime vulganda sunt eruditis Lectoribus et Antiquitatis studiosis diiudicandos exhibeo, de iisdem deque reliquis in universum Hebraeorum numis pauca praefari, dispellendis nimirum tenebris ex illorum animis qui aut proprio ductu aut aliorum placitis innixi eos ut adulterinos respuunt, ut ne plus quam par est in hac re sibi tribuant, aut tantum apud eos praeiudicata possit opinio ut etiam sine ratione valeat auctoritas.

I. Et quidem de raritate siclorum Israëlis numorumque Samaritico caractere insignium, quod primum omnium prae-

praefandum erat, nōrunt Eruditi quique his epulis delectantur quanta ea sit, vix ut in multis numorum millibus apud veteris rei numariae Auctores atque in amplissimis Regum et virorum principum numophylaciis unum aliquem reperire liceat: id quod alicubi D. Tychsenius proprio periculo edoctus agnoscit, *nondum Se fortuna adiutum*, inquit, *ut Iudaeorum Hierosolymitanorum qui quotannis Butzovium adeunt Eumque invisunt interventu et ope numos Samariticos Hierosolymis effossos quovis pretio acceperit*, subdensque: *omnes ad memoriam suam nullos ibi repertos esse uno ore ac persancte Ipsi affirmâsse* <sup>(1)</sup>; econtrario vero Assyriacis, id est vulgaribus hodiernis Hebraeorum literis inscriptos Romae praesertim atque ubivis per Italiam prostare in auctionibus et scrutatorum reculis, ac nullibi non obvios esse et paene diobolares: ut pronum inde sit coniicere horum copia illorum paucitatem obrutam fuisse, praeiudicatamque de falsitate numorum Hebraeo-Samaritanorum opinionem, quae iam pridem multorum insedit animis, non aliunde originem ducere.

II. Siclis numisque Hebraeo-Samaritanis à nemine hactenus doctorum virorum qui eos reiiciunt, ac neque à D. quidem Tychsenio obiectum unquam fuisse quod in Hebraeorum historiam et chronologiam, aut in eorum leges ritus et stata solemnia quae symbolis expressa gerunt, aut in literarum numero et formis vel in re minima peccent aut iis quoquo modo adversentur: id quod in tanta numorum varietate et inscriptionum copia ut ne accideret nisi legitima auctori-

ta-

(1) *In literis ad me, Butzovii XVIII. Cal. Dec. MDCLXXXVII.*

tate maturoque consilio percussi essent, ac nisi omnes ab eodem fonte manassent, vix fieri aut humana unquam solertia provideri potuisset.

III. Controversiae de qua agimus summam huc redire: *Sincerine sint vulgati Hebraeorum sicli et numi Samariticis literis inscripti?* Cui problemati et istud subest: *Verène Simon siclos numosque cuderit?* Hoc vero facti controversiam continet ac proinde ad historiam spectat, in qua non tam rationes et coniecturae quam testium et instrumentorum, atque in hypothesis nostra, si per D. Tychsenium licet, numorum de quibus agimus fides consideranda sunt; eam autem fidem non nisi contraria atque invicem pugnantia probatissimorum Scriptorum testimonia ex eorum genere quae *positiva* vocant, infirmare aut elidere valent.

IV. Peritiam veteres, omne genus, numos internoscendi legitimosque à spuriis separandi duplicem esse, alteram liberalem et ingenuam quae raro nec nisi pervigili studio iugique Historicorum prisci aevi lectione comparatur, efficitque ut si quid numis absurdum temporumve rationi aut historiae fidei parum consentaneum inest, evestigio in illorum qui hanc peritiam adepti sunt oculos incurrat; vulgarem atque è plebe aliam quae solo numorum veterum usu et assidua contrectatione, interdum etiam absque ullo literarum praesidio ( ut Romae olim non semel atque alibi per Italiam in sordidis quoque hominibus qui hanc mercaturam exercebant periculo facto didici ) sensim acquiritur; ea vero, quod mirum profecto videri debet, rarissime fallit. De

C

hac

hac alicubi Relandus<sup>(1)</sup> adversus Sperlingium: *Sed ubi rerum, inquit, testimonia adsunt quid opus est verbis? Aut quatuor nummi de quibus egimus* (egerat autem de quatuor Hebraeo-Samaritanis quorum icones in fronte operis exhibet) *genuini sunt, aut nulli prorsus; ipsa enim inspectio facile quemvis persuadet.*

Atque ego quidem ut prioris illius peritiae plane me hospitem atque expertem agnosco, nisi si quid mihi è fortuita saepiusque interrupta Scriptorum rei numariae veteris lectione atque ex amicorum colloquiis haesit: ita in posteriore hac, cum famosiores per Italiam numarias gazas instructissimamque Regiae Bibliothecae Matritensis fidei meae concreditam lustraverim atque ob oculos habeam, cumque in numorum veterum usu et tractatione aetatem consumserim, nonnihil profecisse, ac si quid mihi assumo meo id iure quodammodo facere videor; ut proinde in praeiudicialibus, qualis controversia nostra est, veterum numorum causis suffragium in meo censu ferre nihil haesitem.

QVONIAM autem D. Tychsenius sub eius quem praedixi libelli initia *pomposas siclorum inscriptiones*<sup>(2)</sup> *insolentemque ac portentosam symbolicarum quas numi exhibent figurarum varietatem* appellare nihil dubitat, *eamque propterea à genio et moribus Hebraeorum alienam* pronuntiat<sup>(3)</sup>: utrasque in universum

(1) *Diss. I. de num. Samar. pag. 47.*

(2) Como es posible (*inquit*) que Josefo: huviese callado el privilegio de acuñar (*Simon*) moneda y las inscripciones pomposas de los siclos? *Ref. Hisp. n. VIII. fin.*

(3) Por lo que respeta à las figuras simbolicas, su estraña y portentosa variedad, especialmente en las medallas que

se atribuyen à los años segundo y tercero de Simon, manifesta que son agenas del genio y costumbres de los Judios. *Refut. Hisp. n. XVIII...* Et *n. XX.* Tampoco es verosimil que Simon en tanto apuro y en el reducido espacio de quatro años acuñase moneda con tan notable diferencia de figuras è inscripciones.

sum

sum è vulgatis hactenus siclis et numis Hebraeorum colligere, unoque obtutu Lectoribus conspiciendas sistere; necnon perpetuos de iisdem siclis numisque canones edere decrevi, quibus utriusque Tychseniani obiecti falsitas, et discors, ut ita dicam, planeque mirabilis eorum et secum invicem et cum Hebraeorum historia chronologia et ritibus concordia ad oculum pateat. Sint igitur

*De siclis semisiclis et numis Hebraeo-Samaritanis*

CANONES PERPETVI.

- I. Sicli et semisicli omnes ad hanc diem detecti ad primum et secundum principatus Simonis Machabaei annum pertinent, neque ulterius procedunt.
- II. Sicli et semisicli omnes mannae calicem sive עומר *homer* in adversa cum שקל ישראל *scékel israël*, id est *siclus Israël*, vel cum חצי השקל *chatsî hascékel* dimidium sicli; in aversa vero ramum seu florem Aaronis trifidum, et ירושלם קדשה *ierusalem kedôscáh*, seu *Ierusalem sanctam* exhibent.
- III. Sicli et semisicli omnes prioris quidem principatus Simonis anni principem alphabeti Hebraici literam א *áleph*; secundi autem secundam ב *beth*, numerales primique et secundi anni indices calici sive urnae mannae insidentes in adversa gerunt. Secundi autem anni siclis et semisiclis literae ב *beth* praeponitur ה ש *scin*, capitalis et compendiaría vocis שנה *scenath*, qua *annus* significatur.

- IV. In siclis et semisiclis omnibus ad primum principatus Simonis annum pertinentibus aversae inscriptio *Ierusalem sancta* decem tantum literis absolvitur, nimirum ירושלם קדשה *ierusalém kedôscáh*; eadem tamen in secundi anni siclis et semisiclis tredecim omnino literis constat ירושלים הקדושה *ierusaláim hakedôscáh* <sup>(1)</sup>.
- V. Numi ad primum principatus Simonis annum pertinentes, si unum et alterum eosque rarissimos demas, palmam arborem pendente utrimque fructu, et circa truncum שמעון נשיא ישראל *simhôn nasî israël*: id est, *Simon princeps Israël* in adversa gerunt; in aversa vero pampinum sive vitis folium extensum, aut botrum cum haerente pampino et circum ipsum שנת אחת לגאולה יש *scenáth acháth legheulát is.* id est: *anno primo redemptionis is.* compendiarie, pro *Israëlis*.
- VI. Numi ad secundum Simonis annum pertinentes, maioris quidem moduli palmam item fructiferam cum nudo Simonis circa truncum nomine שמעון *simhôn*, id est *Simon* in adversa; in aversa vero vitis folium extensum cum compendiarie circa ipsum epigraphe ש.ב. להר. ישר *scin. beth. lechr. isr.* id est *anno secundo liberationis Israël*; minoris autem, calicem sive mannae urnam utrimque ansatam et patulam cum שחיים שנת *scetháim scenáth*, id est *anno secundo* in antica; in postica vero circum extensum pam-

(1) Consultò hoc loco omisi canonem: *Siclos omnes et semisiclos argenteos esse; cum bini priores numi aerei ad quartum Simonis annum pertinentes, quos in Tracta-*

*tu Tab.IV. e regione pag. 122. edidi, praeferant voces חצי chatsí, et רביע rebíah, id est dimidius, quadrans: quae partes ad siclos forsán aereos referri debeant.*



pampinum חרת ציון *charáth tsión* : id est *liberatio Sionis*; vox autem חרת *charáth* trilatera in iis est semoto servili ו *vau*.

VII. Numí ad tertium Simonis annum spectantes hactenus detecti minoris moduli omnes atque uniusmodi sunt. Vrna item Νωτος sive utrimque ansata sed acuminato operculo tecta, et circum eam שנת שלוש *scenáth scelósc*, id est *anno tertio* in adversa; in aversa vero חרות ציון *charúth tsión*, seu *liberatio Sionis* circum vitis folium extensum, omnino ut in minoribus anni secundi numis; nisi quod in tertii, vox חרות *charúth* servile ו *vau* penultimae et ultimae literae insertum habet, estque quadrilatera.

VIII. Quarti demum Simonis anni numi aut duplicem in adversa ramorum fasciculum, *luláv* Hebraeis dictum, cum intermedio malo citreo erecto et in aversa palmam arborem; aut duplicem tantum *luláv* in adversa malo citreo in aversam reiecto; aut mannae calicem in adversa gerunt et simplicem *luláv* cui bina hinc inde mala citrea item erecta in aversa respondent. Omnibus autem eadem est epigraphe, nimirum in adversa שנת ארבע *scenáth arbáh*, id est, *anno quarto*; לגאולה ציון *legheuláth tsión*, seu *redemptionis Sionis*.

IX. Ultra quartum principatus Simonis annum nulli hactenus numi detecti sunt.

X. Numis reliquis qui epochen non praeseferunt si paucos excipias qui Machabaeorum sepulcrum, lyram, tubas, coronas lauream, quernam, gemmeam exhibent, typus fere

fere idem, *palma* scilicet *vitisque folium*: epigraphae parum absimiles, *Simonis* nomen et *liberatio Ierusalem*. Videndi Huberus Froëlichius Villalpandus, atque è nostris Tab. V. è regione pag. 141.

HIS autem canonibus rei numariae Hebraeorum summa continetur, quos si quis cum siclis numisque ad hanc diem detectis atque editis cumque proxime vulgandis contulerit firmos stabilesque et paucissimis ἀνωμαλίαις obnoxios deprehendet. Quae cum ita sint quo iure D. Tychsenius *pomposas siclorum inscriptiones* vocet, cum è praecedenti canone secundo constet unam omnium eamque simplicissimam inscriptionem esse, nimirum: *siclus Israël̄is: Ierusalem sancta?*

Numorum symbola paulo ante novimus. Ea vero ad commemoranda Dei erga electum olim populum beneficia et miracula, ad stata Iudaeorum solemnia, ad ferias diesque laetitiae, ad Machabaicae gentis gloriam, ad ubertatem denique Iudaeae significandam aptissima et congruentissima esse quis non videt? Aut meliora nos et praesentiora D. Tychsenius, qui unus fortasse omnium priscos Iudaeorum mores geniumque intime nôsse atque in numerato habere videtur, edoceat. Praeterea nihil in symbolis absonum, nihil incohaerens, nihil non est historiae fidei et temporum rationi <sup>(1)</sup> ac Iudaicis ritibus apprime consentaneum: quod in tanta  
eo-

(1) Quod ad Historiam et Chronologiam spectat, prioris anni numi libertatem *Israëlis* et *Ierusalem* insculptam gerunt; *Sionis* autem non meminere. Eo enim anno, qui Seleucidarum CLXX. fuit, non

adhuc recuperata à Simone fuerat *Sionis* arx. Ab anno autem secundo ac deinceps numi *liberationem* ac *redemptionem Sionis* praeseferunt; cum secundo eius, seu CLXXI. anni, mense (*Iiar*) die vigesima ter-

eorum varietate miraculi loco habendum. Gratis ergo *eam*, ac tantum non temere *insolentem portentosamque et à Iudaeorum genio et moribus alienam* D. Tychsenius pronuntiat; falsissimum autem est quod in eius asserti confirmationem adii-  
cit, nimirum *eam varietatem maxime elucere in iis numis qui secundo ac tertio Simonis anno tribuuntur*. Numi quos hactenus novimus maioris moduli ad secundum Simonis annum spectantes uniusmodi sunt, palmamque arborem et vitis folium extensum perpetuo gerunt. Anno Simonis tertio nulli eius moduli numi percussi, saltem nulli ad hanc diem detecti sunt, ut è VI. et VII. canone liquet: nulla est ergo varietas, sed neque comparatio. Minores vero secundi anni Simonis numi ab iis qui sequente seu tertio percussi fuere nihil omnino discrepant, nisi quod illi patulam hi contectam mannae urnam seu calicem exhibent; in reliquis seu typum et scripturam, sive aeris colorem, fabricam, modulum et circumsectionem consideres, nec ovum ovo similis. Confer Tabulas nostras II. et III. è regione pagg. 95. et 116. et praecipue numorum mox edendorum icones. Levia tamen haec sunt; illud intolerandum quod D. Tychsenius continenter addit mirabundo similis: *Quis vero unquam legit Iudaeos pro τέμματα habuisse vitis folia, palmas, urceos, aliasque figuras plane absurdas?* <sup>(1)</sup> Immo, inquam ego econtrario,  
quis

tertia populus Sionis arcem ingressus fuisset (*Mach. I. XIII. 51.*) Inquis tamen: Secundi anni sicli et numi maioris moduli *Israëlis* nomine inscribuntur, nulla iniecta *Sionis* mentione. Quid ita? Percussi sub eius anni initium fuerant, et ante

diem XXIII. secundi mensis in populo vulgati.

(1) Quien ha leido jamas que estos (*nimirum Iudaeos*) tuviesen por armas hojas de vid, palmas, jarros y otras figuras disparatadas? *Ref. Hisp. n. XVIII.*

quis non legit, aut quis non vidit palmam Iudaeae symbolum in Vespasiani, in Titi, Domitiani et Nervae, immo etiam in Herodis Tetrarchae <sup>(1)</sup> numis passim apud Scriptores obviis? Quis non apud Tacitum <sup>(2)</sup> palmas et opobalsamum Iudaeae fructum? Palmas optimas ad Engaddi urbem iuxta lacum Asphaltida stadiis non amplius ccc. ab Hierosolymis dissitam apud Iosephum <sup>(3)</sup>? Caryotas in Hierichunte apud Plinium <sup>(4)</sup>? Pinguia demum Herodis palmêta apud Horatium <sup>(5)</sup>? De vitis autem foliis vineisque ac de botri torrente et valle in terra Chanaan passim in Numerorum ac Deuteronomii libris <sup>(6)</sup>; deque vineis Engaddi in Canticis <sup>(7)</sup>; ac ne è domesticis exempla sive, ut in Scholis loquuntur, principium petere dicamur, exstat Herodis Ethnarchae numus apud Harduinum <sup>(8)</sup>, Spanhemium <sup>(9)</sup>, Diodatum <sup>(10)</sup> in quo botrus cum extenso vitis folio visitur; nec dubito iam nunc quin ad Iudaeam pertineant quatuor illi quos Alexandro Iannaëo aut iuniori Aristobulo vanus olim coniectore adscripsi <sup>(11)</sup>, quique item botrum cum extenso pampino decussatos atque è surculo pendentes exhibent. *Vid. not.* <sup>(12)</sup> De *δίωτω* denique urceo ac de illa-

(1) Ap. Harduin. *de num. Herod.* p. 12.

(2) *Histor. V. 6.* T. III. Brotierii p. 302.

(3) *Antiq. IX. 1. n. 2.* *De bell. IV. VIII. 3.*

(4) *Lib. v. 14. fin. et lib. XIII. 4.*

(5) *II. Epistolar. II. v. 184.*

(6) *Num. XIII. 24. XXXII. 9. Deut. I. 24.*

(7) *I. Cant. 13.*

(8) *De num. Herod. pag. 4.*

(9) *De praest. et us. num. Diss. VIII.*  
T. I. p. 521.

(10) *De Christo Graece loquente.*

Part. II. pag. 85.

(11) *Tract. de numis Hebr. Samarit.*  
c. IX. p. 202.


(12) Quatuor hos numos quod urnam *δίωτον* in adversa, botrum cum decussato pampino ex horizontali surculo pendulos in aversa gerant, ac praeterea ex incisionis ratione et fabricae, quae omnino Iudaica est, indole Alexandro olim Iannaëo aut iu-

illata eius figurae occasione Iudaeis ab Apione calumniae, quasi aureum caput asininum in templi adyto servassent co-  
luis-

iuniori Aristobulo per coniecturam adscripseram; verum cum casu postea in eundem omnino numum inciderim, in cuius tamen adversa ad dextrum urnae connectae latus litera L, ad laevum A, sive *anni primi* nota conspicua est, atque in

aversa supra surculum IOYAIΑ clarissime legitur: sententiam libens muto, melioraque edoctus quatuor illos numos, utut Iudaici sint, è Samariticorum albo expungendos censeo. Iuvat autem numum sistere, quod ut existimo editus hactenus non sit.

*Penes me.*



Quin autem ad Iudaeam, atque ad IVLIAM sive ad IVLIADEM Galilaeae aut inferioris Gaulanitidos urbes, immo etiam ad Herodem aut Philippum germanos fratres Herodis Magni è Cleopatra filios pertineant, mihi extra dubium videtur. Iosephus postquam Archelai Iudaeae Regis obitum pecuniamque eius Caesari à Quirinio addictam narrat (*Antiq. XVIII. 2. 1.*) Herodem et Philippum, illum Galilaeae et Peraeae, hunc Gaulanitidos, Trachonitidos et Batanaeae Tetrarchas in suae utrumque Tetrarchiae possessionem invasisse scribit; atque Herodem Sephorim urbem munivisse totiusque Galilaeae ornamentum fecisse, Betharamphtham vero moenibus cinxisse et IVLIADEM ab uxoris Imperatoris nomine appellasse; Philippum vero Paneadem urbem construxisse eamque Caesaream vocasse; et continuo: *Κώμην δὲ Βεθσαϊδᾶν πρὸς λίμνην δὲ Γεννησαριτίδι πόλεως παρασχῶν ἀξίωμα, πλῆθει τε οἰκητόρων καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει ΙΟΥΑΙΑ θυγατρὶ τοῦ Καίσαρος ὀμώνυμον ἐκάλεσεν* id est: *Vicum*

*autem Bethsaidan lacui Gennesaritico adsitum, cum ad dignitatem urbis perduxisset multisque habitatoribus aliaque potentia auxisset, nomen ei dedit ab IVLIA Caesaris filia: quae postrema verba dubium relinquunt IVLIAMne eam, an IVLIADEM appellaverit. Eusebius (*Chron. p. 43.*) Philippus, inquit, Tetrarcha Paneadem in qua plurimas aedes construxerat Caesaream Philippi vocavit, et IVLIADEM civitatem aliam. Iosephus urbem in qua Philippus sepulcrum sibi pridem struxerat et in qua mortuus fuit IVLIADEM quoque appellat: *τελευτᾷ δ' ἐν ΙΟΥΛΙΑΔΙ* (*Antiq. XVIII. 4. 6.*), atque alibi (*De bell. II. 9. 1.*) Philippum in inferiore Gaulanitide IVLIADEM condidisse: *καὶ τῇ κάτω Γαυλιαντικῇ ΙΟΥΑΙΑΔΑ*. Meminit etiam IVLIADOS Plinius (*v. 15.*), eamque locat ab Oriente lacus Gennesareth. Ptolemaeus (*Palaest. et Iud. sit.*) in Galilaea, sed haec vetus olim Herodis Betharamphtha fuerit. Pellerinius (*Recueil, T. II. Tab. LXXXV. n. 18.*) numum ae-*

D

reum

luissentque ; praeter Tacitum <sup>(1)</sup>, notissimus est Iosephi locus <sup>(2)</sup>. quem supra quam dici potest eximie illustravit Relandus <sup>(3)</sup>.

Eiusmodi haec sunt quae D. Tychsenium latuisse absque insigni Viri docti iniuria dici aut credi nequeat, ac propterea vetus illa suspicio, verene Is scilicet *Hispanicae Refutationis* auctor sit, non semel animo recurrebat. Viderit tamen Ipse, qui ei libello in *Latina* eiusdem *vindicatione* Butzovii anno MDCCLXXXVII. edita nomen suum accommodavit, ac postea enixe à me rogatus ut quid tandem id rei esset plane ac simpliciter ediceret silere maluit sermonemque alio detorsit.

IAM vero ad coniecturas quibus siclos numosque Samaritanorum

reum exhibet in cuius adversa IOYAIÀ intra sertum laureum legitur, et in aversa ramus trifloridus cum singularibus utrimque literis L. Γ. eumque (pag. 241.) explicans dubitat simplexne an duplex IVLIA aut IVLIAS urbs fuerit. Mihi ex praedictis aut duplicem IVLIADEM, aut simplices IVLIADEM et IVLIAM, binas tamen urbes fuisse (quemadmodum duplex quae nomen utrique dedit IVLIA fuit, nimirum Caesaris Augusti uxor alias Livia dicta et eiusdem filia Tiberii postea uxor) probabilius videtur: alteram scilicet in Galilaea Betharamphtha primum, ac mutato deinde ab Herode nomine IVLIADEM dictam; alteram in inferiore Gaulanitide olim Bethsaidan, quae postea à Philippo IVLIA sive IVLIAS vocata fuit. Cuiusne autem ex his urbibus numus noster fuerit, quamquam IVLIAE nomen, non secus atque à Pellerinio vulgatus, in fronte gerat; atque ad Herodemne an ad Philippum pertineat, inquirere non vacat,

cum teste Plinio l. c. et Galilaea et Gaulanitis in Iudaea sint, ac propterea botrus et pampinus, quorum causa huc divertimus, ad Iudaeam spectent.

(1) Effigiem animalis quo monstrante errorem sitimque depulerant (*Iudaei*) penetrati sacravêre. *Hist. v. 4. Brotier T. III. p. 296.*

(2) *Contra Apionem II. 7.*

(3) Et parum abest quin hinc (*id est ab urcei utrimque ansati figura*) natam esse turpem illam Graecorum et Romanorum calumniam suspicer, dicentium Iudaeos ASINI CAPVT AVREVM in sanctissimo templi loco sacrâsse quo duce famem depulerant:: Et quid erat in sacratissimo illo loco quem ἀγία ἀγία dicimus, quod ulla cum veri specie ASINVS dici poterat: quid, precor, nisi vas hoc, amphora haec aurita quam contemtim Gentes, quibus Iudaei lusus et risus erant, ἄσιν sive ASINVM dixerunt? *De num. Samar. Diss. II. pag. 36. seq.*

riticos à Simone magno Hebraeorum Duce et Principe Israëlis percussos fuisse cum maxima veri specie dici posse suadeam. Primum autem omnium de Iudaeorum rebus, deque Hasmonaeorum gentis gloria sub Mathathia et filiis Iuda, Ionathane et Simone Hebraeorum Ducibus nonnulla è Machabaeorum libris atque è Iosepho breviter commemoranda hoc loco sunt: nimirum quod totis viginti quinque annis, id est à CXLV. ad CLXX. Erae Seleucidarum cum Apollonio, Serone, Ptolemaeo, Nicanore, Gorgia, Lysia, Bacchide et Timotheo utriusque Antiochi, Epiphanis scilicet atque Eupatoris ac Demetrii Seleuci filii Soteris ducibus, continenter bellum pro libertate et patriis legibus gesserint eosque iteratis praeliis attriverint: quod innumeras hostium copias parva bellatorum manu straverint fuderint deleverint: quod cum finitimis Syriae atque Aegypti Regibus, cum Spartiatis, ipsisque etiam Romanis rerum dominis honestissima foedera icerint renovaverintque, promissis utrimque ubi opus foret auxiliis: quod obtenta demum universa Hierosolymorum regione, contributisque Samariae, Galilaeae et Peraeae toparchiis, tum Gazara, Ioppe et Iamnia urbibus in Simonis potestatem redactis, ac recuperata Sionis arce amplissimum sibi imperium ac firmissimum adversus Gentes praesidium constabilierint.

In tanta igitur Iudaeorum populi et Machabaicae gentis gloria quis non statim secum reputet quam pronum Simoni fuerit de numis communi Israëlis aut suo ipsius nomine signandis cogitare; praesertim cum finitimi Syriae atque AE-

gypti Reges immo etiam privatae urbes ac minorum gentium populi cudendae ac peculiari commate feriundae monetae ius sibi pridem adtribuissent. An solos Iudaeos, cum reliquae gentes metallum rude ad trutinam exigendi morem iam diu abiecissent, eum retinere voluisse regiamque numos cudendi praerogativam quae ultro eis obvenerat parvipendisse existimandum est? Et sane si quando a Iudaeis numi percutiendi erant, unica haec atque opportunissima occasio eisdem in manus decidit, nempe quum iugo Gentium sublato ac recepta Sionis arce quae Hierosolymitanorum faucibus imminebat populus pace et otio frueretur, Regia autem urbs libera, universaque eius ditio tot locorum atque urbium accessione mirifice aucta et amplificata à Simone fuisset. Florente enim Israëlis Republica aut Monarchia nullus adhuc erat in populis signatae monetae usus; post captivitatem autem Iudaei totis CCCCL. annis duram servitutem à Chaldaeis, Babyloniis, Persis et Macedonibus perpessi, unquam propriae ac liberorum saluti tuendae ac reculis utcumque conservandis intenti, miseram atque aerumnosam vitam tolerasse censendi sunt. Et quis praeterea credat solido quod effluxit saeculo ab Antiocho Sidete et concessa Simoni percussura proprii numismatis in regione sua ad Herodem Magnum Iudaeorum Regem, nulli ex Hasmonaeis qui Simoni in imperio successere in mentem unquam venisse ut eadem qua ille, aut propria potestate uteretur et numos cuderet? Aut utrumque Herodem, senioremq; et iuniorem Agrippas (quorum hodie indubii numi exstant) non potius Hasmonae-



os in principatu decessores Simonem, Hircanum, Aristobulum, Iannaeum etc. in iure cudendae monetae continenter imitatos fuisse, quam quod post solidi saeculi intercapedinem et interruptum pecuniae usum idem sibi ius denuo assumserint, numosque Iudaeis eatenus ignotos obtruserint? Et mirandum sane quod numis Herodiadum, cum non meliora quam qui à Simone atque ab Hasmonaeis percussi fuerent gnorismata gerant, nunquam hactenus à viris doctis super eorum ingenuitate lis, quod sciam, intentata sit. *Vid. not. h. l.* (1)

Haec

(1) Postquam haec scripseram succurrit. Cum Christianorum et Iudaeorum qui Italiam, Gallias, Hispaniam aliasque Europae provincias incolebant minime interesset Herodis Regis aut Tetrarchae, quos nempe utraque Gens cane peius et angue oderat (Iudaeorum odii causas vid. ap. Iosephum *Antiq. lib. xiv. xv.*), ac neque senioris aut iunioris Agrippae, quorum omnium germani hodie supersunt nummi, facies habitumve nôsse: proclive est conicere, nulli proinde ex Hierosolymae incolis in mentem venisse ut numos illorum effigie insculptos in Europaeorum illuc euntium gratiam conflaret ederetve. At Christianorum et Iudaeorum qui voti aut religionis causa ex Europa et undique Hierosolymam confluebant plurimum intererat Christi Servatoris ac veterum Patriarcharum et Israël Regum, si quoquo modo possent, ora dignoscere, eorumque icones penes se habere, devotionisque et securitatis gratia secum gestare; atque inde à Hierosolymitanis argenteos aereosque numos qui eas utcumque expressas gere-

rent conflare coeptos, ac peregrinis eodem convenientibus atque harum mercium percupidis obtrusos fuisse. Ac primo quidem parce id admodum ac tantum Hierosolymis factum, mox ubi devotio in lucrum versa est, ubivis per Italiam atque alibi pro lubricine confictos, et cum Iesu Nazareni ac Messiae effigie et nomine, cumque Mosis-cornuti, Davidis, Salomonis, Abrahami et Sarae, Isaci et Rebeccae, ipsorumque etiam si Deo placet Protoplastorum imaginibus pectore tenus insculptis sub ementito numorum Hebraicorum titulo venum expositos, ac per Europam brevi atque abunde divulgatos; ut parum abfuerit quin eorum copia paucissimi qui aetatem tulerunt germani et antiqui Hebraeorum sicuti et numi penitus obruerentur; atque hinc praeiudicata de horum falsitate opinio potuit initium sumere (Vid. not. in limine huius capituli); Herodiani autem atque utriusque Agrippae numi, quod nemo praesertim Christianorum neque Iudaeorum eorum imagines nôsse cuperet, nul-

Haec autem ad statum causae coniecturalem, ac tantum ad eos pertinent qui ingenuam illam ac liberalem numos internoscendi adulterinosque à γνησίους separandi peritiam, quae in huius capitis initio egi, consecuti sunt; ad centumvirale nunc iudicium atque ad eos provoco qui non aequae liberalem aliam quaeque solo numorum veterum usu et contrectatione sensim acquiritur sibi peperere, atque iisdem semisicli et numorum mox edendorum causam, et universae litis arbitrium permitto: nimirum ut è sola ectyporum ( quae fidelissime atque accuratissime aeri incisa sunt ) inspectione, sepositis interea rationibus et coniecturis quae eorum ingenuitati favent aut refragantur, id est ex una eorum fabrica, typo, circumsectione, aeris colore, genio aliisque adminiculis quid tandem de eorundem fide aut νοθεία sentiant aperte ac sincere pronuntient atque edicant.

Atque in horum censu suffragium laturus, cum praeterea semisiclum numosque mox edendos archetypos ob oculos habeam ( quod diiudicandis facti controversiis praesentissimum est ) eosque saepius atque otiose observaverim, quid prohibet quod cum Relando de iis pronuntiem: *Aut hi numi genuini sunt aut nulli prorsus* <sup>(1)</sup>; vel cum Spanhemio: *Quicumque*

nulli hactenus conflati sunt, atque adeo impugnatore carent. Sed lubrica haec sunt; illud certum tam ab Herodianis et utriusque Agrippae, quam à Simonis et Machabaeorum numis hominum omnisque animae viventis imagines prorsus abesse: id quod mirifice confirmat harmoniam inter omnes Iudaicae gentis numos; et protrorumque, seu Machabaicae sive He-

rodianae originis, fide validissimum argumentum suppeditat. Quod autem de singulari Archelai Iudaeae Regis Herodis Magni filii numo cum diademata eius effigie vulgo narratur, nugae sunt nugacissimae. Vid. Harduin. *De num. Herod. pag. 9. et 38. Ed. Paris. MDCXCIII.*

(1) *Diss. I. de num. Samar. pagina 47.*

que iis fidem denegaverit eadem opera Punicis, Graecis, Romanisque numis fidem denegaturum<sup>(1)</sup>? Mitto autem Villalpandum qui *probatissimae fidei siclos* se vidisse perhibet<sup>(2)</sup>: Hottingerum qui *indubie numos Hebraicos* agnoscit<sup>(3)</sup>: Deilingium qui *superstites hodie numos Hebraeorum indubitata genuinae antiquitatis indicia gerere, et sub Simonis Hasmonaei auspiciis cusos fuisse* asserit<sup>(4)</sup>, aliosque primi subsellii Scriptores maxime post Conringium: quibus uno quasi ore adstipulantur Recentiores magnam partem superstites Clariss. Carolus G. Woide, Cracherodius, Combius, Hunterus<sup>(5)</sup>, Ioannes Swinthonus<sup>(6)</sup>, Beniam. Kennicottus<sup>(7)</sup>, Io. Bapt. Bianconus<sup>(8)</sup>, Erasmus Froëlichius<sup>(9)</sup>, Iac. Bartholemius<sup>(10)</sup>, Bonif.

(1) De me (*inquit*) equidem fateor incidisse in alios Iudaeorum numos, et cum Samariticis quidem literis, quos pro sinceris et antiquis cognoscere omnino compellerer: adeo singula quae id ad eorum aspectum et tractationem evincerent concurrebant, ut vel omnis antiquis numis Punicis Graecis Romanis fides eadem opera, quod nemo in iis etiam hospes facile statueret, foret deneganda. *Diss. I. de praest. et us. num. pag. 13. Et Diss. II. pag. 66.* Aereos (*inquit*) aliquot numos Samariticos novissime inter laudata Illmi. Comitum Pembrochiae cimelia videre et tractare mihi eius beneficio contigit, de quorum fide ac vetustate nulla certe vel minima dubitandi ansa videbatur.

(2) Quam quidem sententiam (*de siclorum ingenuitate*) non modo probant et tenent eruditissimi viri, sed multo etiam magis probati ab eisdem sicli, quos et nos vidimus: At qui non vidit, vel hoc neget vel credat, pari dignus est fide etc. *Appar. urb. ac templ. T. III. Part. II. Disp. IV. c. XXIV.*

(3) *Hotting.* Numi certe (*inquit*) quotquot indubie Hebraicos agnoscimus urnam et virgam ostendunt. *Cipp. Hebraeor.* atque eadem de siclo satis antiquo penes se. *Pag. 119.*

(4) Plerique (*inquit*) Hebraeorum numi qui hodiernum supersunt, et indubitata genuinae antiquitatis indicia habent sub Simonis Hasmonaei auspiciis et principatu cusi sunt. *De re numar. vet. Hebr. ap. Vgolin. T. XXVIII. §. XI. col. 702. et §. XII. col. 704.* Hi aliique Hebraeorum numi genuina ac certa antiquitatis indicia habere deprehenduntur.

(5) *Ad calc. tractat. nostr. de num. Hebr. Samaritanis.*

(6) *De num. quibusd. Samaritan. et Phoeniciis. Oxon. 1750.*

(7) *Remarq. Crit. sur I. Samuel. Oxon. 1768.*

(8) *De antiq. lit. Hebr. Bonon. 1748.*

(9) *Annal. Reg. Syr. Vindob. 1754.*

(10) *In lit. ad me in fin. tract. de num. Hebr. Samar.*

nif. Finettus <sup>(1)</sup>, Io. David Michaëlis <sup>(2)</sup>, Gabriel Fabricius <sup>(3)</sup>, Marchio Maffei et Ioannes Seguierius <sup>(4)</sup>, Io. Georg. Adlerus <sup>(5)</sup>, Samuel Henleyus Anglus Rector ad Rendleshamum prope Ipswichum in Suffolchia <sup>(6)</sup>, et novissime omnium Cl. Io. Christophorus Rasche Lipsiensis cui plurimum me debere lubens agnosco ac profiteor <sup>(7)</sup>: tantum abest ut *Eruditi huius temporis fraude tandem* ( ut D.Tychsenius <sup>(8)</sup> asserit ) *cognita Simonis numos ut adulterinos respuant ac nihil morentur.* Sed de his plus satis. Nunc ad semisicli et numorum historiam.

INEVNTTE vere MDCCLXXXII. ex urbe patria versus meridionalem Hispaniae plagam digressus fui; lustratisque antiquis urbibus Saetabi ( hodie *San Felipe* ) linificio <sup>(9)</sup> et praestantissimae papyri fabrica <sup>(10)</sup> nobili, Dianio ( *Denia* ) Straboni <sup>(11)</sup> et Avieno <sup>(12)</sup> Hemeroscopio ad promontorium Artemisium ( *Cabo Martin* ), item Althaea quae nisi vehementer ego fallor maritimorum olim Olcadum oppidum fuit <sup>(13)</sup>, corrasisque et in Ephemeridas relatis quotquot in iis hactenus

NUS

(1) *Trattato della Lingua Samar.* Venet. 1756.

(2) *Not. ad Praelect. Dn. Roberti Lowth. Praelect. 1.*

(3) *Diatrib. Specim. Dn. Bern. Rossi. Romae 1782.*

(4) *In colloq. nostr. Veron. de quib. mox.*

(5) *Mus. Cufic. Borgan. Velitrense. Romae 1782.*

(6) *In lit. ad me xxii. Dec. MDCC. LXXXVIII.*

(7) *Lexicon universae rei numariae Veterum, Lipsiae 1789. v. Samariticae literae.*

(8) No hay necesidad ( *inquit* ) de estenderme mas en esto, y mucho menos en un tiempo en que los Literatos desengañados reconocen y desprecian por falsas las monedas de Simon. *Ref. Hisp. n. xxiv.*

(9) *Sil. lib. III. v. 374. seq. Catull. ad Asin. XII.*

(10) *Geogr. Nubiens. Clim. IV. Part. I. pag. 160.*

(11) *Lib. III. pag. 159.*

(12) *Or. marit. v. 476. seq.*

(13) *Christ. Cellar. Geogr. Lib. II. c. I. sect. III. n. 82.*

nus detecta sunt Romanae antiquitatis monumentis Lucentum (*Alicante*) deveni, qua in urbe à viro illustri Mariano Perezio Sarrione Hierosolymitani Ordinis Equite certior factus sum penes fratrem eius Ignatium natu maiorem Algorfae Marchionem Frumentariae (*Formentera*) Toparcham, qui paucos antè dies è Lucento fortunarum suarum sede ad hunc vicum diverterat, exstare numum Hebraicum argenteum nuper è Hierosolymis allatum, quem plurimi Ipse faceret. Eo nuntio arrectus iam tum animo Frumentariam non longe à via qua mihi eundum erat dissitam cogitabam; interea tamen die xxvii. Aprilis à prandio Lucento digressus Augustam Ilicen (*Elche*) Coloniam Romanorum immunem <sup>(1)</sup> cuius olim celebritas Ilicitano maris sinui nomen fecit ante Solis occasum deveni: quo in oppido civium frequentissimo procerisque et pulcherrimis palmetis undique circumsepto ab Illmo. Domino Iosepho Tormo Oriolano Episcopo vetere fautore et amico qui valetudinis causa ibidem forte aderat perbenigne exceptus Eiusque hospitio per triduum usus sum, nimirum dum antiqua eius oppidi atque Ilicitani olim portus ad Sanctam Paulam (*Santa Póla*) rudera, indeque brevi traiectu Planasiam insulam, *la nueva Tabarca* hodierno vocabulo appellatam, inviserem.

Altera eius tridui nocte cum de more in privato cubiculo illius diei acta in Ephemeridas referrem, unus aliquis è Do-  
mi-

(1) Passim in Tiberii numis ap. Cl. Florezium *Col. et munic. Hisp. Tab. xxix.* Avienus, nescio quo iure *Ilerdam* vocat,

*Or. marit. v. 475.* De ea vir Ill. Ioann. Ant. Mayansius Gregorii frater Canon. Valent. peculiari tractatu Valent. edito 1771. 4º.

mini Episcopi domesticis Eiusdem nomine argenteum ad me numulum inspiciendum atque inter coenam quae iam proxime appetebat explicandum detulit; cum autem eo vix conspecto Samaritici characteres illico in oculos incurrissent, curiosior inde effectus numi ab utraque facie epigraphen legi atque animo complexus sum; erat autem huiusmodi, in adversa quidem  $\text{L}^{\text{L}}\text{W}\text{E} \text{אזב}$ , et hodiernis Assyriacis literis  $\text{חצי השקל}$  *chatsê hascékel*, id est *dimidium sicli*, et supra vasculum sive mannae urnam continuato circa labrum unionum ordine conspicuam in numi area, binae itidem Samariticae literae  $\text{א} \text{ב} \text{ג} \text{ד}$  *scin beth*, quibus *annus secundus* principatus videlicet Simonis Machabaei designatur; in aversa vero circa trifidum Aaronis florem in peripheria  $\text{א} \text{ב} \text{ג} \text{ד} \text{ה} \text{ו} \text{ז} \text{ח} \text{ט} \text{י} \text{כ} \text{ל}$   $\text{א} \text{ב} \text{ג} \text{ד} \text{ה} \text{ו} \text{ז} \text{ח} \text{ט} \text{י} \text{כ} \text{ל}$   $\text{א} \text{ב} \text{ג} \text{ד} \text{ה} \text{ו} \text{ז} \text{ח} \text{ט} \text{י} \text{כ} \text{ל}$  *ירושלים הקדושה* *ieruscaláim hakedoscáh*, id est: *Hierusalem sancta*, tredecim omnino literis undique conspicuis, vix ut de earum forma dubium aut scrupulus enasci posset.

Haerebam ego quidem in eius contemplatione defixus, et vel postquam diligenti adhibito examine integrum nullaque non ex parte sibi cohaerentem et plane *ἀπρωτον* deprehendi, vix oculis meis fidem tribuebam; cum ex insperato Algorfae Marchio idemque numi possessor, qui è Frumentaria Lucentum redux Oriolanum Praesulem Antistitem suum Ilice in transitu salutatum venerat, cubiculum meum ingressus fuit. Eum ego de facie eatenus non noveram, ubi autem nomen professus fuit, ut denuo ad Domini Episcopi conclave mecum veniret enixe rogavi, et apprehenso qui ad manus erat numo ambo una eodem devenimus. Multa ibi postquam nu-  
mi

mi

mi epigraphas et symbola ab utraque facie legi atque exposui, de eius origine, quove tempore atque occasione in Hispaniam atque ad eas oras delatus fuisset, deque priori eiusdem indicio quod Lucenti acceperam colloquia inter nos habita; cumque unum dolendum esse adiicerem, nimirum quod non mihi ad manum fuisset cum de numis Hebraeo-Samaritanis tractatum edidi: *atque idem*, tum Marchio, *cum eum tractatum legerem ego indolui; verum, quod superest, eundem ex hac die libenti animo donatum tibi habeto, vindicato*. Modeste tunc ego viri eximii munus recusare, ac ne se eo numo quem Ipsi in paucis carum esse noveram in mei gratiam spoliare vellet petere: contra Ille ex quo à Mariano fratre Lucentum me adventasse ac brevi Ilicen perventurum esse intellexit, ea mente fuisse asserere ut numum explicandum ac typis olim edendum mihi daret donaret addiceret; cumque interea suadere orare non desisteret male repugnantem vincere facile fuit. Atque haec de semisiclo.

Die xxx. Aprilis à prandio Ilice digressus Alonam (hodie *Guardamàr*) vetus oppidum à Graecis, ut videtur, ob praestantissimas quae ipsi adiacent salinas nomen mutuatum, ad dextram fluvii Taderis (*Segùra*) in colle edito et mare late prospectante situm deveni; atque hinc sesquidiei itinere Carthaginem novam (*Cartagèna*) alterum ex Hispaniae navilibus, qua in urbe amplissima mihi veterum monumentorum tum Romani tum Graeci, ac si Deo placet Punici etiam nominis messis obtigit; atque inde

Sabbato XI. Maii semidiei itinere versus Occasum ad oppi-


pidum non ignobile quatuor passuum millibus à mari distitum *Almazarròn*, à soli atque agri rubedine Arabibus vocatum, quod hodie nomen retinet. Id autem olim *Ficariensem Locum* et *Ficariense* fortasse *Municipium*, veteribus Geographis prorsus incognitum, Romanorum aevo appellatum fuisse liquet è ternis elegantissimis statuìs è subfusco marmore ante paucos hos annos inibi detectis et in publicis aedibus hodie exstantibus, in quarum alterius basi *Genius Loci Ficariensis* apertissime legitur; in alia vero sub singularibus literis S. M. F. *Salutarem Municipii Ficariensis Genium* contineri non improbabiler existimo. Eas autem cum in privatum usum accurate depingi fecerim atque in *Ephemeridas* retulerim, hoc loco Eruditis invidere religio fuit. Eccillas.

Inde ad dextram et mediterranea deflectens Ilorcin urbem (*Lorca*) non procul à Cn. Scipionis rogo <sup>(1)</sup>, et rursus ad laevam et littus maris Aclem, unde hodiernum *Aguilas*, nonnullis Vrcin in sinu Virgitano; atque hinc per Plinii Deitaniam et Mavitaniam <sup>(2)</sup>, tellurem horridam atque inhospitalem, ad Baram (*Vera*) extremam Hispaniae Tarraconensis urbem Baeticae contributam <sup>(3)</sup>: inde Murgin (*Muxágra*), Charidemum promontorium (*Cabo de Gata*), Portum magnum (*Almería*), et bidui itinere per aspera et confragosa loca Abderam (*Adra*) Poenorum opus <sup>(4)</sup>, quorum tamen ne minimum quidem vestigium aetatem tulit, Romanorum autem complurima monumenta exstant. Hinc rursus ad mediterranea superato alpium iugo perpetuis ni-

vi-

(1) Plin. *lib. III. c. I. n. 3.*(3) Plin. *III. 3.* et Harduin. *not. 20.*(2) *Lib. III. 3.* et ibid. Harduin. *Not. 21.*(4) Strab. *lib. III. pag. 157.*





R. Ximeno delin.

M. Orandi sculp.







vibus obsito (*Sierra nevâda*) Municipium Florentinum Iliberritanum, Plinio <sup>(1)</sup> Iliberin (*Granada*): Accin coloniam <sup>(2)</sup> Gemellensem (*Guadix*): Mentenam Bastitanorum, Antonino <sup>(3)</sup> Bastiam (*Baéza* aut fortasse *Jaèn*): Castulonis rudera Imilces Annibalis uxoris natalibus <sup>(4)</sup> clara (*Cazlona*): Tuccin sive Augustam <sup>(5)</sup> Gemellam (*Martos*): Obulconem, quod <sup>(6)</sup> Pontificense (*Porcûna*): Ripéporam <sup>(7)</sup> Foederatorum (*Montoro*), ac deinde Cordubam deveni, qua in urbe mensem integrum immorandum mihi fuit, ut paene innumera quae ibidem supersunt Romanorum monumenta in schedas meas referrem, tum ut veterum numismatum apud Ill. virum D. Raphaëlem Mariam de Villazevallos, et D. Petrum Stradam Tamarizium sylloges inviserem; è quibus posterior haec à possessoris morte in Regiam Bibliothecam Matritensem concessit, in priore autem illa, quod propius nos spectat, siclum Israël's tetradrachmum primo Simonis principatus anno percussum, sincerum germanumque, ut mihi semper visus est, observare licuit. Inerat eius adversae singularis litera פ, sive Assyriaca א *aleph* calici sive mannae urnae aut עומר *hómer* insidens, et in peripheria זפגווא זפגו.. שקל ישראל *scékel israël*; in aversa flos sive ramus Aaronis trifidus et circum ipsum פגווא זפגו קדשה ירושלם *ierusalem kedoscáh*, decem non amplius literis, ut in omnibus prioris Simonis anni siclis et semisiclis. Pondus granorum CCXLIX.

tri-

(1) *Lib. III. c. 3.**cor. III. v. 97. seqq.*(2) *Plin. ibid.*(5) *Plin. III. c. 1.*(3) *Itiner. pag. 402. Wesselingii.*(6) *Plin. III. c. 3.*(4) *Liv. lib. XXIV. c. XLI. Silius Puni-*(7) *Plin. ibid.*

tribus videlicet usque ad CCLII. quae tetradrachmum Atticum conficiunt attritu amissis. Atque hunc ego numum irretorto oculo spectabam, atque ubiubi alias gentium venum expositum quovis pretio mihi comparâsem. Sed tunc non erat his locus.

In reliquo quod à me confectum fuit per Baeticam, Lusitaniam et Gallaeciam itinere, quamvis universa quibus veterem Hispaniae chorographiam iuvari posse intellexi in aream atque horrea mea transtulerim, de numis tamen Hebraeo-Samaritanis nihil quicquam deinceps oculis meis occurrit. Sed neque in illustrium ac doctorum virorum numophylaciis Cordubae <sup>(1)</sup>, Malacae <sup>(2)</sup>, Tarifae ad fretum <sup>(3)</sup>, Hispali <sup>(4)</sup>, Pace-Julia <sup>(5)</sup>, Vlysipone <sup>(6)</sup>, Compostellae <sup>(7)</sup> ad quae vel ultro invitatus vel facile admissus fui volam amplius eorum aut vestigium reperi.

Confecto itaque XVI. fere mensium itinere, exeunte Augusto MDCCLXXXIII. cum iam proxime appeteret solidus aetatis annus septuagesimus secundus, in patriam redii, eo videlicet consilio ut translatis eodem quae Matrity reliqueram

recu-

(1) D. N. Carrascalii Cordubensis olim Ecclesiae Cimeliarchae.

(2) Ap. D. Emm. Trabucum Can. Cordubensem.

(3) Ap. D.N. eius urbis Gubernatorem.

(4) Apud vir. Ill. veteremque ac singularem amicum D. Ant. de Solis Comitem del Aguila.. Item, ap. Ill. D. Franciscum de Bruna Regii Hispalensis Dicasterii XII. virum Stlit. Iud. à quibus uno item et altero singularibus Phoenicum et Graecorum Hispaniensium numis auctus et cu-

mulatus discessi. Item, apud D. Emmanuelem Ayoram civem Hispalensem.

(5) Apud Ill. atque Exc. Dominum Emmanuelem à Coenaculo Episcopum Pace-Julianensem à quo item perbenigne exceptus ac nullo non obsequii genere prosecutus fui.

(6) Ap. Exc. D. Marchionem de Angeisa.

(7) Ap. Ill. Dominum Iosephum Paramum Somozam Canon. Compostellan. Lucensib. Infulis designatum ac praedefunctum.

reculis et libris uni deinceps mihi atque instanti senectae consulerem, et quicquid denique vitae reliquum esset ibidem quiete, ut possem, et placide transigerem, promissi olim de Phoenicum et Graecorum in Hispania numis evulgandis non plane immemor. Verum longe aliter mihi cessit alea. Vix enim à reditu meo mensis efluxerat cum CAROLI TERTII Hispaniarum Regis, Optimi Principis, nuper magno bonorum atque universae Europae luctu mortalibus erepti beneficio Matritum ad Regiae Bibliothecae Praefecturam evocatus, novisque et alienissimis curis implexus fui; atque exinde temporis mei rationes diversissime ineundae ac subducendae fuere. Sed ut ad rem redeam.

Anno MDCCLXXXVI. iubente eodem CAROLO Rege è Constantinopolitana urbe Matritum venit D. Elias Sceidiâcus Presbyter Alepinus Congregationis Romanae de Propaganda Fide olim Alumnus, ut in Regia Bibliotheca Custodis inter alios munere fungeretur. Attulit secum ex Oriente, nimirum ex Alepo et Damasco, praecipue vero è Mardî Mesopotamiae urbe sacculum in quo quinque circiter mille aerei minoris moduli numi continebantur, eumque bona fide mihi custodiendum tradidit, et usquè penes me est. Hunc ego sacculum D. Guillelmo Lopezio Bustamantio eiusdem Bibliothecae Subcustodi, cuique à me numophylacii Regii cura commissa est, inspiciendum atque excutiendum dedi, si qualecumque tandem inter eos numulos operae pretium esset; atque is non multo post binos ad me Samariticis literis insculptos detulit ad secundum Simonis annum pertinentes integros  
qui-

quidem et conspicuos, quosque nec Sperlingius neque Theon ipse circumrodere unquam posset. Verum cum ipse ego non diu post cum eodem Guillelmo ( qui à puero mecum altus atque educatus est ac solido tricennio mecum habitat et lateri meo perpetuus adhaeret comes ) domi per otium sacculum denuo excuteremus, in alium secundi itidem liberae Sionis anni numulum, semesum eum quidem atque ut ex eius habitu apparet externa vi plurima perpessum, neque tamen ideo minoris fidei ac pretii quam bini priores incidimus.

Elapsis aliquot mensibus cum nescio qua occasione eidem Guillelmo innuissem ut Regii numophylacii angulos omnes diligentissime excuteret, si quid demum in iisdem huius generis lautitiarum superesset, praesto affuit et quatuor numos aereos Samariticos ibidem à se repertos gaudens nuntiavit ac mihi obtulit. Erat autem alter maioris moduli semilacer ac pene exesus, cuius tamen habitus Iudaicam fabricam atque indolem, immo etiam, vel si inscriptio penitus deleta esset, secundum principatus Simonis annum illico oculis obiiciebat; terni minores secundi itidem anni, conspicui quidem atque integri, quibus si quis dentem quaerat illidere solido offendat necesse est.

Die demum VI. Martii MDCCLXXXIX. venit ad me Empiricus quidam circulator ex iis qui Matrili atque alibi in triviis elixirem odontalgicum venditant *Monsieur Donatis*, quemadmodum se ipse indigitabat, vocatus, detulitque veteres numos complures, in quibus non pauci Arabico-Cufico caractere inscripti erant et ad Rogerium et Guillelmum Norman-

man-



mannos olim in Sicilia Reges pertinebant. Cum autem in iis bini statim Samaritici in oculos incurrissent, vix mihi praedésiderio eosdem coëmendi temperare poteram; temporis tamen ac venditoris conditioni inserviendum fuit. Itaque tacitus planeque dissimulans quasi eos non vidissem aut parum curarem praeterii, interiectaque de aliis quos minime comparandos mihi proposueram mentione lente atque ex intervallo ad Samariticos redii. Erant hi numi simul cum binis ad Rogerium pertinentibus sub eiusdem chartae involucro, venditor autem non hos magis quam illos noverat; atque ubi ad pretium ventum est singulos singulis argenti unciis pro stare edixit. Id cum inaudiissem vix praegaudio me continui aestuante nimirum animo et vel post acceptos numos exsolutumque eorum pretium subverente ne quid contractum interturbaret. Itaque nihil iam tum aequè desiderabam atque ut venditor mature à me abiret et vacuum utrique numo liberius ac per otium contemplando relinqueret. Ambo autem minimi erant moduli, atque eorum alter secundo alter longe rarior, tertio videlicet principatus Simonis anno percussus.

ATQVE hi sunt numi Samaritici quos post editum de iis tractatum videre mihi contigit. Sed neque illud silentio praetereundum duxi quod cum in itinere meo Italico sub Augusti mensis anni MDCCLIV. initia Veronam adventâssem, ibique elogio meo maiorem Ill. Marchionem Maffei, octogenarium iam tum senem et in utriusque Historiae et Antiquitatis rei que numariae veteris huius aevi facile principem, salu-

tatum ivissem ( à quo , ne de hoc taceam , et perbenigne exceptus et ad familiare colloquium communemque mensam admissus fui quamdiu Veronae mansi ) exhibitum mihi ab Eodem fuisse optimae notae siclum Israël's tetradrachmum, quem quanti Ipse faceret sequentia indicant. Erat inter numarias meas reculas, quas vicissim ipse Eidem atque indivulso eius comiti Domino Ioanni Seguierio Nemausensi Naturalis Historiae ac totius Antiquitatis peritissimo ( cuius insigne ac perennaturum Nemausi monumentum exstat ) bona fide ostenderam, aureus Hieronis primi Syracusani numus didrachmus supra quam dici potest elegantissimus atque adhuc ab incude uti apparebat calidus, quem ut venerandus senex conspexit illico labris admovit et aliquantulum ita substitit quasi aegre ab eo divelli pateretur; me autem rogante ut eum sibi numum atque è numaria mea supellectile sumeret quantum animo collibitum esset suo modo tamen Israël's siclum habendum possidendum mihi permetteret, nullo id pacto impetrare ab Eo potuisse.

Iam nunc ad semisicli et numorum peculiaria gnotismata, quod extremo loco propositum fuerat, ac primo ad semisicli cuius iconem denuo sistere iuvat.

*Penes me, olim March. de Algóirfa.*



*Pond. 141. gran.  $\frac{3}{4}$  Hispanicorum.*

Prae-

Praeter semisiclum autem quem R. Moses Nachmanides à se in Palaestina visum testatur <sup>(1)</sup> moxque à R. Azaria de Rubeis descriptum <sup>(2)</sup>, exstitere olim alii quorum hodie fatum ignoratur, nimirum apud Alfonsum Ciaconium, à Ioanne Baptista Villalpando vulgatum, cum anni primi Simonis epoche <sup>(3)</sup>: item apud Comitem Pembrochiaie cum secundi <sup>(4)</sup>: apud Cardinalem Franciscum Barberinum rursus cum primi, qui à Ioanne Morino editus fuit <sup>(5)</sup>. Praeterea Petrus Gassendus in vita Nicolai Peirescii *singulari eum à Scaligero filio semisiclo*, cuius tamen annum non indicat, donatum fuisse asserit <sup>(6)</sup>. Archetypum paucissimos novisse existimo; certe ego quamquam in his studiis aetatem exegi nusquam antehac videram; atque hinc huius generis numorum raritas aestimanda. <sup>(7)</sup>

Ad nostrum quod spectat *ἀνοσία* est opus, ut alicubi Relandus <sup>(8)</sup>. Vix autem credam ulli unquam vel Graecorum vel Romanorum numismati illustriora inesse posse antiquitatis signa, seu metalli qualitatem ( quae zygostatis nostris *nonnihil ultra legem decem denariorum* est ) sive fabricam et universam numi indolem consideres. AEquabilis omnino ab utraque facie area eaque minime granosa sed tenuissimis radiis quasi scintillulis extrorsum tendentibus emicans: frons utrimque hispi-

(1) *Append. ad Comment. in Pentateuch. ap. Ben. Ar. Montanum, in Ephron, sive De siclo.*

(2) In *מאור עינים* sive: *Lumen oculorum pag. 171.*

(3) *Tom. III. Appar. Disput. de pond. et mensur. in Tab. numor. Hebr. n. IV.*

(4) *Part. II. Tab. 85. n. 2.*

(5) *Exercit. II. in Pentat. Sam. p. 207.*

(6) *Tom. v. lib. II. pag. 265. init.*

(7) Waltonus ( *Appar. Polygl. Londin. pag. 38. n. 3.* ) semisiclum exhibet olim Theod. Bezae, quem ipse ab Ambr. Blainero sibi communicatum narrat; et quidem eius icon optimam notam sistit.

(8) *Diss. IV. de num. Sam. pag. 131.*

hispida : canthus superne atque inferne scaber saepiusque interruptus ac prae mallei compressione in minutissimas et multiformes rimulas dehiscens: literae hinc inde non plus aequo ab area prominentes, quarum extremae partes in orbiculos desinunt: typus in antica mannae urna sive עומר *hómer* cum perpetua eaque optime discreta ac numerabili unionum serie circa labrum; in postica vero virga seu ramus Aaronis trifidus cuius flosculi in tres itidem valvulas erumpunt, extremae autem earum incurvae et globulis in cuspe munitae sunt, media sive interior mucronata spiculi instar erigitur. Inscriptio denique לְטַוַּעַת אֶבְרָהָם... אַפְסָר... חֲצִי הַשְּׁקֶל שֶׁבֶּ *chatsî hascékel.. scin. beth*, id est: *Dimidium sicli.. anno secundo* in priore facie; in posteriore אֶבְרָהָם הַקָּדוֹשׁ... יְרוּשָׁלַיִם הַקְּדוֹשָׁה *ierusaláim hakedoscáh*, id est: *Ierusalem sancta*, tredecim omnino literis, ut in secundi anni siclis et semisiclis omnibus, eademque prorsus forma atque in hactenus editis. Conferre eum iuvabit cum vulgaris à Villalpando siclis et semisiclo, quos accuratissime aeri incisos fuisse ipsi à se satis ostendunt.

Vnum nobis, ne quid dissimulem, negotium facere potest, nimirum pondus semisicli, qui ex praeiacta in tractatu de numis Hebraeo-Samaritanis hypothesi, quam longe ante me Bouterovium <sup>(1)</sup> et Ludovicum Savotum <sup>(2)</sup> amplexos fuisse video, grana CXXVI. seu binas sexaginta trium granorum drachmas Atticas non amplius pensitare debuit, cum ad lancem exactus CXLI.  $\frac{3}{4}$  grana omnino pensitet: id vero utrum ea de causa

quod

(1) *Recherch. curieuses. des monn. de France. Introd. pag. 15.* III. part. cap. 7. pag. 156. Et cap. 9. pag. 168. Et cap. 21. pagg. 222. Et

(2) *Discours. sur les medaill. antiq.* 230.

quod rudes adhuc rei numariae Hebraeorum operarii non penitus nōssent artem argenti plagulas in frusta aequalia secandi an aliunde obvenerit, prorsus ignorare me fateor, neque semisicli ingenuitatem imminuit; cum et in hodiernis numis argenteis ex Orbe praesertim novo ad nos delatis idem saepissime contingat. Et facile quidem fuisset eum aeruscatoribus oblimandum atque ad iustum CXXVI. granorum pondus redigendum permittere; sed adversus mendacium aeterna auctoritas.

Numorum quos in D. Sceidiaci sacculo repertos dixi fidissima exempla haec sunt

*Penes me.*




Terni autem ad secundum principatus Simonis annum referendi, inque iis pauca admodum notanda sunt. Adversae typus mannae urna, sed patula et circum eam שנת שתיים.. שפא שאגא *scenáth scetháim*, annus, sive, anno secundo; aversae, pampinus cum שנת ציון.. ציון ארבעת *charát tsión*.. *Liberatio* seu *libertas Sionis*; vox autem חרת ארבעת *charáth* tribus tantum literis scribitur, quod in minoribus secundi anni numis perpetuum esse dixi supra canone VII. Pondus quadraginta circiter granorum: ambitus, fabrica, aeris color, indoles eadem omnibus, atque iis etiam quos in tractatu *Tab. II. è regione pag. 95.* edidi communis, prorsus ut qui hos et illos viderit. Prioris numi  
cir-

circumsectio superne atque inferne arcuata, ab utroque tamen latere recta descendit: quae lunati primo scalpri ad numos in orbem conformandos, deinde forficis ad eosdem è metalli plaga disiuungendos manifestissima indicia sunt. In reliquis eadem sed non usque adeo manifeste apparent. *Vid. tract. p. 139.*

E Regiae Bibliothecae Matritensis numis terni minores ad secundum item principatus Simonis annum pertinent; eos vero seu typum atque epigraphas, sive modulum, fabricam, pondus, circumsectionem inspicias, non modo consimiles sed eosdem omnino deprehendes, ut quid de iisdem addam nihil occurrat. Et quartus itidem secundo Simonis anno percussus, sed maioris moduli est atque in typo et epigraphe non parum variat. Adversae, palma arbor pendente utrimque fructu et circa truncum Simonis nomen sed postrema litera decurtatum ::*אשכנז*... ::*שמעו*... *Simho*: :aversae, vitis folium, et in periphèria fugientibus literis inscriptio initio et fine elliptica... *על שנת*... *שב לה* *scin. beth. lech*... id est: *anno secundo libert.* è tribus eiusdem typi ac moduli numis quos in tractatu *Tab. II. pag. 95.* protuli omnino restituenda, ut integra sit sed compendiaria, *אשכנז על שנת*... *שב לה*... *anno secundo libertatis Israël.* Pondus granorum 192. Hunc autem numum si cum tribus à me vulgatis conferas vix internosces, nisi quod multo prae illis exesus sit ac male habitus. En omnes

Ad

*In Regia Bibliotheca Matritensi.*




Ad annum itidem secundum principatus Simonis pertinet alter è numis quos à Circulatore de Donatis coëmtos dixi ; ac proinde nihil in eius typo aut epigraphe immorandum, cum eadem omnino sit ac praecedentium atque olim à me editorum : idem praeterea pondus, modulus etc. Illud in eius circumsectione observandum quod ab utraque facie arcuati scalpri ac deinde forficis usque adeo manifesta gerat indicia ut sese illico prodant atque intuentium oculis insinuent ; in fabrica autem, quod adversa eiusdem facies plena undique omnique ex parte insculpta, aversa vero superne vacua sit aesque purum in speciem phaseos Lunae decrescens exhibeat ; nimirum sculpendus in aversa typus non plene compressit oppositam adversae aream, sed nonnihil ab ea deerravit, ac proinde vacuo superne spatio relicto inferiorem numi partem atque integram vocem  $\alpha \text{ } \dots \text{ } \text{חרת}$  *charáth* forfici abscindendam praebuit, quae pro-

propterea inde abest: id quod in conflatis numis accidere nunquam potuisset.

Numus alter longe rarior annum Simonis tertium exhibet, cuius anni numos hactenus detectos minoris moduli atque uniusmodi esse, atque in priora facie mannae urnam sed contectam, cum epigraphe  $\omega\lambda\omega \alpha\psi\omega$ .. שנת שלוש.. *scenáth scelósch*, anno tertio; in posteriore vero pampinum et vocem  $\alpha\psi\omega$ .. חרות *charúth* quadrilateram perpetuo gerere, dictum supra canone VII. Ea vero ad amússim in hoc numo expressa statim in oculos incurrunt, ut si quis eundem cum quatuor anni Simonis tertii numis olim à me vulgatis (*Tract. pag. 116.*) commiserit omnesque confuderit, uter eorum de novo iis accesserit non facile dignoscet. En utrumque

*Penes me.*



Quisquis animo à praeiudiciis vacuo semisicli et numorum allata superius ectypa peculiariaque singulorum gnorismata paulo attentius inspiciat, eaque non in iisdem modo sed in detectis atque ad hanc diem vulgatis constantissime ac perpetuo expressa observet: praeterea vix ullum è numis Samariticis inventum hactenus fuisse qui non manifesta mallei ictus seu percussione indicia gerat, illico secum reputabit non gratis  
ne-



neque temere à viris doctissimis rei que numariae Veterum peritissimis fidem iisdem adhibitam fuisse. Sed quid si in archetypis eorum genium atque indolem circumspicere liceret! Et profecto si numi Samaritici pro annis quibus cusi fuere in classes redigantur, singuli non modo generalem propriae classis characterismum, sed vel absque expressa epoche, ex una earum structura et symbolis, annum quo percussi fuere illico à se ipsis ostendunt; in iis autem qui ad secundum ac tertium Simonis principatus annum pertinent non tantum eandem fabricam, sed eiusdem etiam artificis manum agnoscere licet. Atque haec de semisiclo et numis.


Verum ne quid desit informandis eorum animis qui haec legerint binos Israëlis siclos, alterum subdubiae fidei in Regia Bibliotheca Matritensi servatum, ponderis CCLI. granorum, alterum manifeste adulterinum conflatumque, granorum CCXLIV. ac dimidii, à singulari amico rei que numariae veteris peritissimo D. Antonio Iosepho Mosti Gadibus ad me transmissum aeri itidem incisos sistere hoc loco placuit, nimirum ut cum pridem atque olim à me editis et cum hactenus vulgatis conferri valeant. Eccillos

*Biblioth. Reg. Matrit. subdub.*



*Pond. 251. gran. Hispan.*

*Penes me adulterinus.*



*Pond. 244 ½ gran Hispan.*

G

At-

Atque hic mihi abrupto scriptionis filo consistendum erat, quandoquidem, quod initio propositum fuit, novo coniecturarum ac testium praesidio numorum Hebraeo-Samaritanorum fidem pro conditione causae comprobavi. Verum quia D. Tychsenius pro coniecturis Sibyllina folia poscere videtur, atque id genus testes ut parum idoneos reiicit, immo etiam Samariticos numos *phantasticos, ridiculos, impostorum opus* passim appellat, novisque subinde rationibus eorum fidem elevare pergit: susceptae semel ipsorum causae patrocinium deserere consilium non fuit; ac proinde Viri docti obiectis pro virili occurrendum censui initio ab Eiusdem literis atque editis opusculis ducto. Sit igitur

## CAPVT TERTIVM.

*Recensio historica locorum ad numos Hebraeo-Samaritanos spectantium è literis D. Tychsenii. Edita Eius opuscula et literae de eodem argumento, cum ἀποβαιῶς.*

Priores omnium ad me literas dedit D. Tychsenius in Academia Fridericiana quae Butzovium ornat a. d. XXIII. Iulii MDCCLXXXI. in quibus post humanitatis officia cumulatissime exhibita de numis Hebraeo-Samaritanis haec scribit:

*, NVPER admodum retulit mihi Clar. I. Bernh. de Rossi Professor Parmensis Te edidisse hoc anno tomum primum operis de numis Hebraeo-Samaritanis, quem adhuc tres excipient. Nec minus relatam in Beniam. Kennicotti V. C. dissertatione ge-*  
*, ne-*

,nerali alteri Bibliorum tomo adnexa legi Te duo numos Sama-  
,ritanos possidere genuinos. En verba eius: Iudaeos quidem,  
,scribit §. 27. pag. 13. numeros per literas expressisse annis an-  
,te Christum circiter 140. forsitan patebit ex hac inscriptione  
,numi Ionathanis: ב ינתן הכהן גדל וחבריו ב si hoc modo recte ver-  
,tatur: *Ionathas Sacerdos summus et socii eius, secundo anno.*  
,Et inter numos Samaritanos in cimeliarchio doctissimi Ba-  
,yeri Thesaurarii Toletani reperiuntur duo (fortasse non adul-  
,terini, quia aenei et moduli maioris) qui praeferunt nomen  
,Simonis addito ב ש: quibus literis videtur significari annus  
,secundus. Credibile non est quantum gaudii ex hisce relationi-  
,bus ceperim, qui ipse anno 1779, in peculiari schediasmate  
,Germanice scripto numos Hebraicis et Samaritanis characteri-  
,bus insignitos sub incudem revocavi et spuriam eorum conditio-  
,nem tam ex Historia quam ex omnibus inter se collatis numis  
,aeri incisis fuisque, quorum modo compos fieri potui, ostendere  
,conatus sum. Confido enim fore ut ex Tua disquisitione, si vel  
,numos Hebraeo-Samaritanos defendat meaeque sententiae contra-  
,rietur, ut fama fert, ad usus meos multa transferam uberius  
,olim illustranda. Nam veritati, etiam si iucunda non est, uni-  
,ce lito, et ratione non auctoritate superatus palinodiam confi-  
,denter cano. Iudicium Cel. Kennicotti de duobus numis apud Te  
,exstantibus, quos non adulterinos, dubitanter licet, eam ob  
,causam praedicat quod sint aenei et quidem maioris moduli, ita  
,omnino comparatum est ut assensu meo nequaquam comprobem.  
,Cur enim numis aeneis et quidem moduli maioris maior sit fi-  
,des habenda quam aliis ex auro et argento cussis et minoris mo-  
,du-



*, duli plane non perspicio. Sed in opere Tuo, ut profunda tua doctrina me sperare immo plane confidere iubet, omnes tenebrae luce illata dispellentur. Quare quid de iis statuisti statim fac ut sciam si modo Tibi est commodum.* Reliqua huc non pertinent.

Hae literae à D. Tychsenio Valentiam Edetanorum directae sub initia mensis Septembris eiusdem anni redditae mihi fuere Castellione Ilergavonum, Valentini Regni oppido, quo me contuleram tuendae valetudinis causa postquam menses aliquot Matriti cum lenta dubiaque febre atque inedia conflictatus fui, quae me usque ad sequentis sive anni MDCCLXXXII. initia male habuere; ac proinde quo tempore uni valetudini recuperandae intentus parum ego literas et amicorum officia curabam. Post vero quam convalui, longum atque impeditissimum per littoralem Hispaniae ac Lusitaniae oram iter ingrediendum mihi fuit, quo demum confecto, id est biennio fere postquam D. Tychsenius ad me literas dederat, frigidum atque importunum responsum videri posset. Obduravi itaque ac perstiti, tacite memet neglecti officii reum arguens quoties D. Tychsenii ac literarum Eius animo memoria recurrebat.

Excitus diuturno silentio meo D. Tychsenius rursus me humanissimis literis Butzovii ex Academia Fridericiana prid. Non. Iulii MDCCLXXXIV. provocavit atque in viam reduxit. In iis quae nostra spectant haec sunt:

*, QVVM ad literas meas XI. Calendas Augusti ad Te, Praesul, reverendissime, scriptas nûl responsi tulerim, adeoque spe sat protracta sed inani adhuc me lactatum senserim, in opinionem adducor credere literas meas ad manus tuas nunquam pervenisse,*  
*, quod*



, quod sane pro infortunio maximo habeo, qui de Tua voluntate  
, et facultate precibus meis locum relinquendi probe persuasus e-  
, ram. Scilicet omnibus Te precibus efflagitaveram ut mihi non mo-  
, do opus Tuum de numis Samaritanis, sed et Augustissimi pa-  
, riter et doctissimi Infantis D. GABRIELIS translationem Sallu-  
, stianam ob numos Phoenicios mihi pernecessariam gratiose con-  
, cederes. Incertior itaque defectu responsi ad hoc usque tempus  
, eram ac dudum antea, nec quid consilii capiendum esset, ut  
, tuto literae meae Tibi traderentur sciebam, nisi vir mea laude  
, superior D. Ignatius de Asso Consul Regius in Belgio mihi  
, auctor fuisset ut literas denuo ad Te scriberem quas ad Te cu-  
, raturum se velle pro suo de aliis benemerendi studio promisit,  
, spes iam inveterata ad ultimum vitae halitum me tenuisset. Sum-  
, mis itaque Consul in regionibus nostris borealibus celebratis-  
, simi erga me studiis exhilaratus repeto omni qua par est obser-  
, vantia supradictas priores preces, quas si audiveris est de quo  
, vehementer laeter. Quamobrem te obsecro precibus summis, ut  
, me in consequenda tam Celsissimi Domini Infantis translatio-  
, ne Sallustii quam Tuo de numis Hebraeo-Samaritanis opere ad-  
, iuves. Quod cum facies, quae me angebat cura magna ex par-  
, te considerebit. Quamvis quidem adhuc foveam de numis He-  
, braeo-Samaritanis sententiam a Tua discrepantem, et a Te, ut  
, mihi nuntiatum est, sub examen revocatam, tamen hoc non ob-  
, stat quo minus Te Tuamque eruditionem profundam et merita  
, in Rempublicam literariam magnopere suspiciam, inque ma-  
, gna meae felicitatis parte ponam talem me adversarium nactum  
, esse qui hostes moderatione vincere solitus est. Veritati unice li-  
, tans

, tans victas Tibi lubenter tradam manus statim ut cognoverim  
 , Te viam evadendi argumentis Tuis mihi interclusisse. Est sane  
 , materia ponderosissima et admodum intricata quae aurificis sta-  
 , tera omnino debet examinari. Mirum itaque non est me cupidi-  
 , tate Tua asserta legendi fere consumi, qua potitus felicitate si-  
 , ne mora animi mei sensa candide Tibi aperiam. Roma heri mi-  
 , hi narratur etc. Alia omnia.

Has ego literas cum accepissem nihil habui antiquius quam  
 ut meum de numis Hebraeo-Samaritanis opusculum una cum  
 libello de literis et sermone Phoenicum Regiae Sallustiano-  
 Hispanicae versionis inserto (quem D. Tychsenius percupere  
 significabat) ad Eum Parisios primum et Berolinum, deinde  
 Butzovium lento vehiculariorum gradu deferendum curarem:  
 ratus abunde mihi otium fore ut per cursores publicos Eidem  
 rescriberem prius quam uterque libellus ad manus Ipsius per-  
 veniret. Verum dum diem ex die duco longiusque quam par  
 esset spatium mihi indulgeo, librorum fasciculus Butzovium  
 maturius delatus est, et ecce tertio me occupant humanissimae  
 D. Tychsenii literae XVIII. Dec. MDCCLXXXV. quibus de acce-  
 pto utriusque libelli involucro cum supereffluente gratiarum  
 actione me certiore facit, id unum iure quidem sed amice  
 dolens ac mihi imputans, quod nihil ad Eum interea litera-  
 rum dederim. Ac literarum D. Tychsenii exemplum hoc est:

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

D. FRANCISCO PEREZIO BAYER

S. P. D.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN.

*N*UPER cursu publico ad me advehebatur fasciculus nomini  
 , meo inscriptus , cui opera Tua splendidissima de numis Hebr.  
 , Samar. et de Alphabeto et Lingua Phoen. inclusa erant , quo-  
 , rum aspectus incredibilem mihi voluptatem conciliabat. Quum  
 , nemini, ut aiunt, per ventos assae columbae, multo minus libri in  
 , Hispania editi veniant , non possum non mente augurari quod  
 , munus hocce literarium ab eximia Tua sit profectum liberalita-  
 , te , in qua mihi unicum perfugium reliquum erat. Gratius qui-  
 , dem mihi fuisset donum , si literis tuis desideratissimis comita-  
 , tum fuisset ; attamen memoria revocans aenigma rabbinicum  
 , שליה שלחתי שלא בא והביא שבקשתי ( quod de eo usurpant qui bacu-  
 , lum in arborem pomorum decutiendorum causa coniiciens poma  
 , quidem icta obtinet , sed baculum frondibus implicatum non re-  
 , cuperat ) , impetratis quos anxie quaesiveram libris , utpote be-  
 , nevolentiae Tuae testibus veracissimis mihi erit acquiescendum.  
 , Scias autem , Vir Illustrissime , Te nihil gratius mihi facere  
 , potuisse , quod harum dapium , omni licet adhibita apud ami-  
 , cos et bibliopolas diligentia , particeps reddi adhuc non potue-  
 , rim : de quibus quoties cogitabo , etiam de hoc beneficio cogitabo,  
 , dataque occasione pro merito celebrabo. Interea de hoc tuo be-  
 , neficio accepto quammaximas Tibi ago referoque gratias , Ti-  
 , bi-

, bique persuadeas quaeso et puta me ad omnia Tua mandata  
, pro virili exsequenda semper futurum esse paratissimum.

, Summa cum voluptate legi doctissimam Tuam de Alphabeto  
, Phoenicio Dissertationem, quae sive chartae typorumque nito-  
, rem, sive numerorum exquisitissimorum accuratationem, sive ipsam  
, tractationem spectem, merito et iure omnibus numeris absoluta  
, dici meretur. Equidem is non sum qui de Tuis interpretationibus  
, iudicium ferre, aut tecum quasi in arenam descendere audeam;  
, continere tamen me nequeo, quin quae inter legendum ultro se  
, mihi obtulerunt, subacto Tuo iudicio pace Tua submittam, ut  
, intelligas me Tuam lucubrationem attente perlegisse.

, Numi Sidonii pag. 339. col. 1. explicatio ingeniosa quidem  
, est, sed dubito quin defendi possit. Nam si vel mutationem li-  
, terarum ב et פ; et ט et ת inconsuetam non moror, sensus in-  
, scriptionis quem elicis, et à genio Linguae, et ab usu in numis re-  
, cepto abluere mihi videtur. Crediderim potius numum in Cime-  
, liarchio Augustissimi Infantis asservatum 𐤒𐤒𐤒 𐤕𐤕 𐤕𐤕𐤕  
, 𐤒𐤒 𐤕𐤕 𐤕𐤕 ita explicandum esse: לצדנאם אס ככב אל-אכת צר  
, Sidoniorum As stellatus ad qualitatem Tyri, hoc est: As stel-  
, latus (אשתדא. ἀστὴρ sive ἄστυρ) Sidoniorum ad pretium pon-  
, dusque à Tyriis constitutum exactus. In Pellerinii numo lineae  
, secundae verba 𐤒𐤕 𐤒𐤕 𐤕𐤕 legi possunt: אס כשר (ut Froëlich  
, Annal. Reg. Syr. Tab. VII. n. 15. ultimam literam 𐤒, 𐤕 ex-  
, pressit) As probatus sive rectus etc. Quod vero אס pro monetae  
, nomine, quod cum 𐤕𐤕 aut 𐤕𐤕𐤕 in sono habet similitudinem,  
, reputem, faciunt numi quidam Phoenicii, inscriptionibus:  
, 𐤕𐤕𐤕 𐤕𐤕 𐤕𐤕, id est, ללוארנא אס בכנען, et 𐤕𐤕𐤕 𐤕𐤕 𐤕𐤕  
, hoc



, hoc est לצר אם צרנם praediti, quorum dictio יצ א cel. Barthe-  
 , lemio אם mater lecta, Historiae repugnat, et monstrosam fastuo-  
 , samque reddit inscriptionem. Neque enim Laodicea mater erat  
 , in Canaan, neque Tyrus mater Sidoniorum dici potest. Hinc ver-  
 , tere mallet: As Canaaniticus ad Laodiceae...et As Sidonius ad  
 , Tyri, scilicet pretium et pondus cusus. Litera ך dictionis pri-  
 , mae lineae tertiae, quam pro ט habes, crucem mihi figit. Quod si  
 , in numo Froëlichii supra citato ultima vox י א א recte esset re-  
 , praesentata, litera ista ambigua pro י aut ט reputari, et ulti-  
 , mum comma sic legi posset צר אחת או (vel אף) aut achath (nomen  
 , monetae) Tyri. Contra vero perinde mihi est, sive sit ט loco ה, si-  
 , ve loco י scriptum. Habes hic nugas meas ulteriori commentario  
 , plane indignas. Tua interpretatio ex mea quidem sententia sen-  
 , sum commodiorem esset suppeditatura si ita flueret: לצרנם אספסף  
 , צר אחת אף id est: Sidoniorum minoris moduli numus ad  
 , mensuram Tyri. אף aut אפה in sacra quidem scriptura pro  
 , mensura aridorum sumitur; nihil tamen obstat credere quin la-  
 , tiorem quoque habuerit significationem. Sed figura א, quae cum  
 , א Κάτωα Græco antiquissimo coincidit, in numo Celsissimi  
 , Domini Infantis GABRIELIS nullo plane modo ט dici pot-  
 , est, quantum ego quidem coniicio.

, Praecipue vero oculi mei tenebantur felicissima tua inscri-  
 , ptionis Phoenico-Melitensis interpretatione à me olim quoque ten-  
 , tata, laetus te omnem fere lapidem movisse. Id unum praeoptâs-  
 , sem ut ab amicis tuis Melitensibus ipse accuratam utriusque  
 , huius inscriptionis, quae in duobus marmoribus repetita exsta-  
 , re dicitur, delineationem tibi expetiisses, prius quam ectypo Bar-

, thelemiano nimiam habuisses fidem. Vidi enim exemplum huius  
 , inscriptionis, cuius dictio quarta lineae primae scripta erat 91  
 , pro 92 apud Barthelemium; et vox prima lineae secundae: 990  
 , עברי, et quidem, nisi me omnia fallunt, recte: quod ideo me com-  
 , movit ad transferendum עברו שגרו בעל צבא למקרת, pro  
 , Deo nostro Melicerta Domino exercitus (est) quod voverunt  
 , eius Servi Ebedaser et frater eius etc. Quae sic translata non  
 , modo cum Graeco Ηράκλει ἀρχηγέτει (מלקרת בעל צבא) optime con-  
 , cinunt, sed etiam omnem tollunt dubitationem quaerenti, cur  
 , homines Tyrii Herculem quem Deum suum dicebant, Tyrium  
 , quoque nominaverint, quum hoc cognomen à Tyriis prolatum o-  
 , mnino supervacaneum et plane incongruum dici posset. In reli-  
 , quis tuae subscribo interpretationi, quae omnes alias longe post  
 , se relinquit. Hoc tamen à Te edoceri percuperem, utrum in utro-  
 , que marmore cui inscriptio insculpta fuit, in literarum figuris  
 , dentur varietates; deinde utrum super basibus istis marmoreis  
 , cum inscriptione insignitis simulacrum aut aliud donarium fue-  
 , rit collocatum, quod vel adhuc conservatum, vel saltem memo-  
 , ria custoditum fuit? De meo sensu si iudicem, crediderim, hos  
 , Tyrios vel campanam nauticam, aut aliud quoddam tinnitum  
 , edens instrumentum Herculi dedicasse, ut si eius sonitum au-  
 , diret, successum eius prosperum in expeditionibus suis forte bel-  
 , licis largiretur; atque hoc laudabile institutum verbis כשמע  
 , קולם יברכס exprimere voluisse; nam קול etiam de rebus inani-  
 , matis in sacra scriptura adhibetur.

, Ad Samaritanos tuos quod attinet, implicatam eorum con-  
 , troversis causam strenue defendisti. Stricturae tuae ex alieno  
 , sen-

, sen-

, sensu, quem interpres D. Scheindenburg causavit, ex parte or-  
 , tae, libellum meum leviter tantum tangunt. Nam quae de si-  
 , lentio Iosephi etc. dixi, idem ipse pag. 4. disertis verbis asse-  
 , ruisti. Sed hoc non obstat quin magnitudine ingenii eruditio-  
 , nis et agilis industriae tuae mirifice capiar; atque si causa ca-  
 , dendum mihi sit, Te eam malim obtinere, quam quemvis alium.  
 , Verum enim vero stet cadatve lis, liber tuus tamquam sanctius  
 , aliquod tabularium ab iis semper adeundus erit, quibus hae  
 , dapes sapiant. Deus autem vires animi et corporis tibi augeat,  
 , ut promissum tractatum de numis Hispano-Phoeniciis etc. be-  
 , ne feliciterque exire iubeas, quo Eruditi, qui ectypis numorum  
 , Phoenicum maximam partem negligenter expressis adhuc se tor-  
 , quent, opere superbiant quod classicum dici mereatur.

, Casirio vestro, viro summo, salutem meis verbis quam-  
 , plurimam annuntia, meque sic ama ut ego Te ex animo vene-  
 , ror. Vale. Dat. Butzovii in Academia Fridericiana ad d. XIIX.  
 , Decembr. MDCC.LXXXV.

, Est in manibus meis MStum. chartaceum in folii forma  
 , exhibens Pentateuchum Hebraicum literis Latinis secundum  
 , pronuntiationem Hebraicam, superiori ut videtur saeculo à  
 , Iudaeo ni fallor Hispano transcriptum, quod paginis 487.  
 , absolvitur. Quaelibet pagina duas habet columnas, quarum alte-  
 , ra textum Hebraeum, altera vero versionem Hispanicam, quae  
 , vero Geneseos cap. XLV. 6. subsistit, complectitur. En eius spe-  
 , cimen è Genes. cap. IV. 1. 8. petitum.

, 1 Vehadam yadan et javah , 1 Y el hombre conociò à Ha-

, ysto. 2 Vatahar vateled et Ka , va su muger. 2 y concibiò y pa-  
 , yin : Vatomer Kaniti ys et A. , riò à Cain. y dixo adqueri va-  
 , ( Adonai ) Vatoséf laledet et , ron à A. Y añadiò por pa-  
 , ajiu et habel. Vaihy habel ro- , rir à su hermano Hebel, y fue  
 , eh son , vekayin hayah obed , Hebel pastor de ovejas, y Cain  
 , adamah etc. , labrador de tierra etc.

, *Ad significandam praestandamque gratam meam in Te,*  
 , *Praesul doctissime, voluntatem, hunc librorum Phoenicem in*  
 , *tuam gestio inferre bibliothecam ( nihil enim aliud tua attentio-*  
 , *ne dignum mihi nunc suppetit ad remunerandum ) si modo vo-*  
 , *lupe tibi sit levidense hoc munus accipere, et viam mihi indi-*  
 , *care qua tuto ad Te curari queat.*

Has ego D. Tychsenii literas ineunte Martio anni sequen-  
 tis seu MDCCLXXXVI. cum accepissem subrustico me pudore,  
 fateor, subfusum sensi meamque apud me cunctationem in  
 persolvendo epistolari officio tacite incusans rescribendi pro-  
 positum quoquo modo poteram sustentabam; cum ex inspe-  
 rato sub autumnii eiusdem anni initia redditus mihi fuit per  
 cursores publicos literarum fasciculus è Vasconia, ut praese-  
 ferebat inscriptio, re tamen ipsa ex Hollandia allatus, cui sub  
 simplici involucro inerat libellus ille Hispanice editus, quem  
 sub *Refutationis* titulo D. Tychsenio inscriptum huic tracta-  
 tui causam dedisse dixi in eiusdem limine, sed absque D. Tych-  
 senii manu et literis.

Atque hunc locum libellus iste proprio sibi iure vindica-  
 bat. Quoniam vero nonnulla ex eodem superius à me ad-  
 du-

du-

ducta Latioque reddita atque in huius scripti textum admisa sunt ( adiectis tamen è regione propriis Auctoris verbis ), plurimaeque adhuc adiicienda supersunt : ne actum egisse dicar ab eodem *κατὰ λέξιν* hic describendo supersedebo, eumque, quod paulo longior et peculiari gentis nostrae dialecto scriptus sit, sub opusculi finem minore characterum forma typis edendum reiiciam : illud interea Lectores monens non in eo positas Graeciae opes, immo vero vix quicquam eidem inesse praeter coruscationes et Claudiana tonitrua, de quibus suo demum loco.

Cum autem divulgato Matrili libello rumor increbuisset falso eum D. Tychsenio adscribi atque in Hispania natum fuisse : quem ego rumore ut ostenderem minime vanum esse libellum cum superioribus D. Tychsenii literis Hispanice item versis in vulgi gratiam committendum una edi curâsem, nonnullaque utriusque scripti exempla fide optima ad D. Tychsenium transmisissem, ut pridem dixi : tum demum ad Eundem literas dedi rogatum ut quam diserte posset ediceret num libellus ad Se pertineret, plurima Eidem de nuper acquisito semisiclo deque numis Hebraeo-Samaritanis per occasionem inculcans. En illa.

CLA-

CLARISS. DOCTISSIMOQVE VIRO

DOMINO OLAO GERHARDO TYCHSEN

S. P. D.

FRANCISCVS PEREZIVS BAYERIVS

Butzovium.

, Quod nec officii ratio, nec suavissimae Tuae atque itera-  
 , tae literae, neque demum exhibita perbenigne literaria auro-  
 , que et gemmis pretiosiora munera solido triennio impetrare  
 , à cunctatione mea potuère, nimirum ut nonnihil ad Te li-  
 , terarum darem, Vir Doctissime atque Eruditissime: id mo-  
 , mento temporis exsculpsit à me inimici hominis improbitas  
 , et audacia, cuius specimen mox edam ubi qualemcumque  
 , diuturni silentii ac cessationis meae excusationem obtende-  
 , ro, quae summam eo redit quod cum priores omnium  
 , literae Tuae mihi redditae sunt circumlustranda mihi esset  
 , universa Hispaniae ac Lusitaniae littoralis ora ac propediem  
 , iter ingrediendum in quo sexdecim totos menses insumsi;  
 , quo demum elapso tempore parum opportuna responsio vi-  
 , deri poterat. Itaque sensim frigescere diemque ut fit die tru-  
 , dere occoepi, donec occallui ad iteratos conscientiae stimulos  
 , quoties eximia doctrina atque eruditio praecipue vero hu-  
 , manitas studiumque in me Tuum grato ac memori animo  
 , recurrebant. Atque inerant mihi plurima et forsitan non poe-  
 , nitenda quae oborta Tibi de interpretatione inscriptionis  
 , Phoe-

, Phoenico-Melitensis dubia meo quidem iudicio facile diluun-  
 , tur, quaeque Tecum communicata nimium quantum voluis-  
 , sem, permissemque tuo ac Tui similia, id est praestan-  
 , tium doctrina atque eruditione virorum, calculo diiudican-  
 , da: id quod et lubens nunc facerem nisi alia utrumque no-  
 , strum propius urgerent, non enim mea iam res tantum agi-  
 , tur sed ambo eadem navi vehimur. Ne Te diutius morer,  
 , nuperis hisce diebus perlatus est ad me literarum fasciculus  
 , cui inerat libellus Hispanico sermone typis editus *Ψευδώνυμος*,  
 , refutationem continens argumentorum quae olim in prolo-  
 , go numorum Hebraeo-Samaritanorum pro eorum *γνησιότητι*  
 , adduxeram, sub splendido sed ementito Tuo nomine quod  
 , in fronte gerit ut vides <sup>(1)</sup>, quique in urbe hac Regia pluri-  
 , bus exemplis divulgatus est. Eum ego libellum ut primum  
 , in manus sumsi non modo fraudem sed et fraudis auctores  
 , subodoratus sum; ubi autem eundem raptim percurri sen-  
 , si illico me adversariis meis arma quibus me impeterent mi-  
 , nistrasse, tum nomine Tuo per summum flagitium abusos  
 , ut putidis scurrilibusque suis naeniis auctoritatem concilia-  
 , rent. Ac de utroque omnem iam cogitationem atque scru-  
 , pulum abieci; sed haerebam dubius num quid regererem,  
 , an eos invidiae ac livori suo torquendos relinquerem. Et suc-  
 , currebant interea novissimae omnium ac suavissimae literae  
 , Tuae, quibus quid in reculis literariis meis et praesertim in  
 , opusculo de numis Samaritanis laude quid reprehensione  
 , di-

(1) Misi ego ad D. Tychsenium una  
 cum his literis idem illud eius libelli exem-  
 plum quod ad me directum fuerat: bona

nimirum fide existimans libellum in Hispa-  
 nia natum. Ipsique minime aliunde cogni-  
 tum fore.

, dignum visum Tibi fuit, ingenue ut veritatis amatorem de-  
 , cet ostendis: nimirum ut una earum cum edito libello col-  
 , latio atque conflictus Te verum illarum parentem, libellum  
 , autem subdititiam falsoque Tibi appictam prolem edoceret.  
 , Amici vero ut nulla interiecta mora utrumque typis com-  
 , mitterem suadebant, unum hoc ad fraudem detegendam  
 , eventilandamque, ac praesentissimum fore affirmantes; sub-  
 , verebar ego tamen Te inconsulto privata inter nos colloquia  
 , in publicum emittere, tuamque proinde veniam causabar  
 , exspectandam. Contra illi intempestivam tunc atque inuti-  
 , lem apologiam fore dictitabant, nimirum postquam fraudis  
 , architecti labores meos apud congerrones sciolosque in com-  
 , pitis et tabernis librariis, quod ipsis propositum fuisse vide-  
 , batur, traduxissent diffamâssentque: id quod cum saepius  
 , et quotidiano fere convicio flagitarent, tandem ut iis acquie-  
 , scerem perpulêre. Itaque literae tuae, ut vides, una cum li-  
 , bello Te inscio typis editae sunt, quod ut aequo animo  
 , patiâre pro tuo in me studio ac voluntate quaeso atque  
 , obtestor. Habes igitur libelli exemplum alterum ex iis quae  
 , ad nos primum è Gallia (an potius *ex Hollandia* ut conii-  
 , cimus) delata fuere; tum idem typis nostris Matritensibus  
 , recusum una cum literis tuis doctissimis atque eruditissi-  
 , mis; et quoniam de his quin tuae sint ambigi minime pot-  
 , est, de libello  $\Psi\epsilon\upsilon\delta\ \omega\nu\acute{\omicron}\mu\omega$  sententiam animi tui libere aperias,  
 , disertisque quam potes verbis edicas quaeso, legitimusne in-  
 , genii tui foetus sit, an spurius nothusque et falso Tibi ac  
 , per summam iniuriam adtributus. Hoc ut mihi (qui nec  
 , Ti-

, Ti-



, Tibi neque Pythio ipsi è tripode tuum esse affirmanti fi-  
 , dem unquam adhibiturus essem ) omnino superfluum ac su-  
 , pervacaneum est, ita pernecessarium fore existimo ad eos  
 , revincendos qui se misere decipi amant et veritatis um-  
 , bram fucosque non veritatem ipsam consecretantur. Rogo  
 , insuper ut responsum tuum ( si eo me dignabere ) ubi opus  
 , aut operae pretium sit publici iuris facere permittas; ego ve-  
 , ro deinceps in epistolari officio nec Tibi neque mihi deero.  
 , Et sunt adhuc plurima quibus numorum Hebraeo-Samari-  
 , tanorum fides ac γνησιότης confirmari ulterius potest, quae Te-  
 , cum libentissime communicabo. Interea vero semisicli ar-  
 , gentei è Hierosolymis ante hoc quinquennium advecti, quem  
 , ego in itinere littorali Hispanico, cuius antea memini, re-  
 , culis meis adiunxi epigraphen habe:

Adversa 𐤅𐤌𐤅𐤅 𐤀𐤆𐤁

𐤀𐤌

Aversa 𐤅𐤌𐤅𐤅𐤅 𐤅𐤀𐤌𐤅𐤅𐤅

, Est autem mallei ictu percussus atque eximiae integritatis,  
 , ut legitimum semisiclorum pondus aliquot granis exsuperet;  
 , persimilisque illi qui in numophylacio Pembrochiano *Part.*  
 , *II. Tab. 85. n. 2.* visitur; necnon qui exstat apud Ioannem  
 , Baptistam Villalpandum *Appar. Urb. ac Templ. Hieros. T.*  
 , *III. p. 380.* ab Alfonso Ciaconio mutuatus; nisi quod hic  
 , ad primum Simonis annum pertinet ( ob singularem lite-  
 , ram 𐤅 calici insidentem ) atque adeo decem tantum in aver-  
 , sa literas exhibet; cum qui anno secundo percussi, ut no-

I

, ster,

, ster, sunt tredecim perpetuo literis constant, ut olim à me  
 , observatum; ac demum ei quem R. Moses Nachmanides Ge-  
 , rundensis *Comment. in Pentat. in fin.* Accone in Palaestina à  
 , se olim visum fuisse affirmat. Atque hunc ego numum,  
 , Vir amicissime, praesens nunc in oculis meis contemplor  
 , eumque unum, si alia deessent omnia, numorum Hebraeo-  
 , Samaritanorum *γνησιότητος* testem sponsoremque optimum si-  
 , stere nihil vereor, quem propterea magni thesauri loco ha-  
 , beo pervellemque oculis Ipse tuis cerneris: valeant mihi  
 , crede cum inanibus coniecturis suis Sperlingius, Basnagius,  
 , Dobrousquius et si qui sunt qui inter nos dissidium volunt.

, De Pentateuchi MSto. Hispano-Hebraico sed Latinis li-  
 , teris exarato quem mihi perbenigne polliceris codice, quas  
 , ego condignas Tibi grates exsolvam plane non habeo. Sum  
 , enim harum dapum avidissimus ne dicam avarus et inexple-  
 , bilis, neque tamen ideo beneficiis vinci facile patior. Itaque  
 , impotentissime eum exspecto ac videre cupio, Tibique sub  
 , epistolae extremum indicabo qua via tuto ad me perferri  
 , valeat, atque eadem ad Te nonnihil harum lautitiarum mit-  
 , tam quibus languens Eruditorum gustus erigi interdum at-  
 , que excitari solet.

, Ac ne omnino de studiis meis taceam totus sum in ap-  
 , parandis prelo notulis ad Veterem Hispanicam Cl. Nicolai  
 , Antonii Bibliothecam, quae una cum eiusdem Auctoris No-  
 , va propediem typis Matritensibus in lucem prodibit Regia  
 , Bibliotheca sumtus ministrante. In id me novi iniuncti mu-  
 , neris rationes adegere, intermissis tantisper Phoenicum et  
 , Grae-

, Graecorum in Hispania numis à quibus quindecim totos  
, menses atque aegerrime divulsus sum.

, Est hìc apud nos Ill. D. Daniel Moldenhaver Danus A-  
, cademiae Hafniensis Philologiae Professor Linguarum cogni-  
, tione atque eruditionis laude commendabilis, qui multa ac  
, praeclara de Te atque eximia doctrina atque eruditione tua  
, in privatis amicorum colloquiis, multa item de Cel. Ioan-  
, ne Davidis Michaëlis ac de Germanis vestris narravit: à qui-  
, bus nugas quoque literarias meas in Actis et Ephemeridibus  
, solere aliquid putari aiebat: id vero quamvis à Vestratium  
, urbanitate potius quam iudicio profectum credam, quic-  
, quid tandem illud est, laudi magis à vobis viris laudatissi-  
, mis quam vitio meam operam duci gaudeo ac triumpho.

, Cl. Michaël Casirus diu iam cum extrema senectute con-  
, flictans sed usque Tui memor salutem Tibi plurimam dicit.  
, Tu vero, Vir Doctissime atque amicissime me, quod mu-  
, tuo facies, amare perge. Matriti pridie Calend. Novembris  
, MDCCLXXXVI.

, P. S. Temperare mihi non possum quin ad Te Vir Do-  
, ctissime mittam semisicli nostri ectypum ἀριβῶς ex archety-  
, po mutuatum. Confer illud quaeso, quod ad literarum nu-  
, merum et figuras attinet, in aversa quidem cum Villalpan-  
, di tetradrachmo num. III. in adversa vero sive in ρϜ  
, ϘϜ cum eiusdem didrachmo num. IV. Nihil omnino  
, discrepant, nisi quod in hoc singularis litera Ϝ. *anni primi*  
, principatus Simonis index, in nostro binae Ϙ w. sive *annus*  
, *secundus* calici insident. Fabrica in omnibus eadem. Obser-

, va item caulem sive ramum trifidum ternosque eiusdem  
, flosculos quorum valvulae extimae curvantur et in orbicu-  
, los desinunt, interior autem itidem atque in Villalpandi nu-  
, mis mucronata erigitur. Praeterea semisicli nostri periphe-  
, ria scabra est ac saepius interrupta tenuissimasque in rimas  
, diffissa, dehiscente scilicet metallo prae mallei compressio-  
, ne: quod numis conflatis raro aut nunquam accidit. Siclum  
, alterum argenteum tetradrachmum primo Simonis anno per-  
, cussum, γήσιον quidem ex mea sententia idque ἀναντιρρήτως,  
, nonnihil tamen attritum, ponderis 249. granorum, Cordu-  
, bae in itinere meo Baetico ante hoc triennium vidi apud  
, Cl. Equitem D. Raphaëlem de Villacevallos Petri Leonardi  
, eximii dum vixit literarum veterisque rei numariae cultoris  
, filium: quem veluti praecipuum instructissimi numophyla-  
, cii ornamentum solido iam saeculo possessores eiusdem ia-  
, ctant. Praeter hos autem et Ariae Montani Escurialensem  
, Regiosque à me olim incisos vulgatosque siclos, vix scio an  
, alicubi apud nos alter in tota quam late patet Hispania ex-  
, stet, nisi si quis inter Cathedralium Ecclesiarum aut Mona-  
, steriorum cimelia delitescit; ut vel hinc horum numorum  
, pretium et raritatem aestimes. Semisicli longe rariores. Con-  
, tra vero Assyriacis sive vulgaribus Hebraeorum literis in-  
, scripti conflatique et variae atque indefinitae magnitudinis  
, et ponderis nullibi non apud nos obvii, ex Italia harum  
, mercium divite ut plurimum advecti. Est etiam penes me  
, siclus argenteus Samaritico caractere insignis primumque Si-  
, monis annum referens cum litera ƒ. supra calicem in adversa,  
, de-

, decemque in aversa literis, elegans profecto atque à periti  
, artificis manu profectus; fucus tamen merus et incautorum  
, decipula quique sub leonina pelle ridiculam tegit simiam.  
, Hunc ego cum *γνησίους* conferendum penes me habeo, ut qui-  
, vis evestigio Mercurium Sosiamque facile internoscat. In-  
, terea vero nonnullorum confidentiam satis mirari nequeo  
, qui de numis quos nunquam oculis usurpaverunt pronun-  
, tiare audent. Hos nihil moror, neque prodere est animus.  
, Ego contra vel *αυτόπτης* plerumque dubito mihi que met ipse  
, diffido; atque ut libere Tibi et candide animi mei sensa a-  
, periam existimo oborta nuper uni et alteri è Germanis ve-  
, stris de numis Hebraeo-Samaritanis dubia inde esse vel maxi-  
, me, quod perpauci ex illorum numero quos *γνησίους* adscri-  
, bimus ad vestras hactenus oras appulerint. Conringius certe,  
, Spanhemius, Kirkerus, Liebius, Froëlichius, ut Relandum  
, atque Ottium mittam, quanti viri! qui saepius hos numos  
, in Italiae et Galliae numophylaciis contrectârunt nihil de iis  
, videntur haesisse. Demum, Vir amicissime, ut nostrae litis  
, arbitrium quodammodo Tibi permittam, reputes Tecum  
, quaeso, undenam mihi qui totos quadraginta annos in Sa-  
, mariticis sive Hebraeorum studiis exegi iisque me penitus  
, devovi: qui eius Gentis numos argenteos aereosque mini-  
, mum quinquaginta manualibus ut ita dicam oculis obser-  
, vavi; quique non Assyriacis tantum sed et Samariticis lite-  
, ris inscriptos, modo iis vel minimum fuci aut suspicionis sub-  
, sit, plane, ut vides, respuo atque abiicio: undenam, in-  
, quam, mihi atque animo meo de reliquis quorum causa in-  
, ter

, ter nos agitur tam vetus certaue ac rata de eorum *γνησιότητι*  
 , opinio enasci et quasi trabali clavo infigi potuit? Certe non  
 , aliunde quam ex liberali et ingenuo eorundem oris reliqui-  
 , que corporis habitu , atque è nativa quam praeseferunt  
 , quaeque in ipsis illico sese prodit simplicitate; tum quod  
 , nihil absoni aut absurdi contineant quodque non et secum  
 , et cum Hebraeorum historia chronologia et ritibus optime  
 , congruat: item ex eorundem fabrica ac definito pondere,  
 , necnon ex literarum figura, numero, singulariumque ex iis  
 , inter se et cum affinibus Phoeniciis collatione etc. etc. Sed  
 , inquis: Ex his nonnulla *ταυτολογία* sive, ut in Scholis lo-  
 , quuntur, manifestam principii petitionem continent. Fateor.  
 , Sed nec ideo tamen negligenda sunt aut nullo prorsus loco  
 , habenda: quemadmodum si rogatus cur Caio Titiove fami-  
 , liariter utar? respondeam, quia eius ingenium moresque et  
 , fidem perpetuumque erga me studium optime novi ac per-  
 , spectum habeo. Multus in hoc sum.

, MStum. Hebraeo-Hispanum codicem si Berolinum ad  
 , Regium Hispaniae Legatum D. Michaëlem de Galvez mit-  
 , tas tuto ad me deferetur etc....

, Ego vero, quod suo loco excidit, curabo ut Sallustius  
 , Regius Hispanicus quantocyus ad Te deferatur. Nuntia item  
 , mihi num Arabicis Hispanicisve numis quos *Incognitos* us-  
 , que dicimus delecteris: mittam ad Te nonnullos ut in iis ex-  
 , plicandis ingenium quid possit tuum experiare. Vale.

Hae literae illico à me Berolinum ut inde Butzovium  
 quantocyus deferrentur directae fuere. D. autem Tychsenius,

ut

ut mox videbimus, lentissimo ad Se gradu eas pervenisse dolet nimirum diu post quam superiorum Eiusdem literarum utroque sermone Matriti una cum libello seu *Refutatione Hispanica* editarum exempla ab amicis Hispaniensibus accepisset. Quoniam autem Hispanus literarum D. Tychsenii interpres in earum versionis prologo Pseudo-Tychsenium, quocum negotium tunc sibi esse putabat, non semel perstringit et lepida nonnulla in eum iacit: D. Tychsenius litem suam videtur facere, edita Butzovii Idibus Ianuarii MDCCLXXXVII. Latina *Refutationis Hispanicae vindicatione*, cuius exemplum nudum per cursores publicos ad me transmittere curavit, nimirum

## OLAI GERARDI TYCHSEN

SER. DVCI REGN. MECKLENBVRG. A CONSILIIS AVLAE,

OO. LL. IN ACADEMIA FRIDERICIANA PROF. PVBL. ORD.

ET BIBLIOTHECAE PRAEFECTI

## VINDICATIO

REFVTATIONIS HISPANE SCRIPTAE AB ANONYMI HISPANI OBIECTIONIBVS

*Buetzovii MDCCLXXXVII. Typis Ioh. Gotth. Fritzii, Ser. Duc.**Aul. et Acad. Typogr. L.B.*

, I. Nuper admodum incidit in manus meas schediasma  
, sub tit. *Carta Latina del Señor D. Olao Gerardo Tychsen al*  
, *Ill. Señor D. Francisco Perez Bayer con su traduccion Caste-*  
, *llana &c. Madrid 1786. 2 ½. pl. in 8. Fidem vix oculis*  
, ad-

L. B. Peculiarem Auctoris in hoc opusculo orthographiam servavimus.

, adhibebam, quum non modo epistolam, quam anno superiori ad ill. Bayerum scripseram, typis exscriptam et Hispanica veste donatam, adiuncta mea prologi Bayeriani refutatione, sed et praemissa iis ab editore anonymo dubia et argumenta, me verum refutationis auctorem non esse, contra omnem spem atque expectationem meam animadverterem. Res nova et subita, fateor, in admirationem me rapuit, nîl tale unquam cogitantem, quod ad hoc paradoxum demonstrandum, litterae meae bona fide scriptae, me inscio, in lucem et aspectum hominum protraherentur, non quod contentorum pudor me capiat, sed quod sinistrae interpretationi, apud lectores incautos nec bene instructos, fenestras aperire in meam aliorumque iniuriam queant, ut editor suo ipse exemplo comprobatum dedit. Equidem ill. Bayero nequam vitio verto, litteras meas censori illiberali bono animo tradenti, qui vero hanc in sua virtute fiduciam in meam pestem convertit, ut refutationem meam hispanice scriptam, mihi abiudicaturus, alium sibi fingeret hostem quasi pictum, quem verbis asperioribus pro lubitu perstringeret, haud mente circumspiciens, quam male olim cesserit ill. Bayero, qui, ut cl. *Gundisalvo Perez* Odysseae versionem hispanicam abiudicaret, *Ioannem Paëz de Castro* pro vero auctore venditabat, quum hunc errorem eximius polyhistor et ingens Hispaniae et reipublicae litterariae lumen b. *Ioannes de Yriarte* \*)

, in

\* In praestantissima cl. Io. Ant. avunculo v. c. de vita Mich. de Cervantes Pelliceri bibliotheca de los traductores Españoles Madriti 1778. 4. legere est pag. 186. etc. ill. Bernardi de Yriarte inventiois gloriam alii in Hispania sibi vindicarunt, candide eleganterque commemoravit.



in exercitatione quae immortalis eius recensione codicum graecae bibliothecae Regiae Matritensis 1769. editae p. 122. inserta est, invictis argumentis detergeret. Res autem ita se habet.

2. , Comparaturus ill. Bayeri dissertationes, Germaniae, Galliae et Italiae bibliopolas et amicos, nullis parcens sumptibus, frustra adibam, donec S. R. *Io. Bern. de Rossi* mihi auctor erat, ut ipsum Auctorem compellarem. Litteras itaque ad virum cl. quem ephemeridum scriptores adversarium meum acerrimum praedicabant, raro forte exemplo, die x. Cal. Aug. MDCCLXXXI. exaratas, ad quas tamen nihil responsum fuit. Triennio post, quum hoc intervallo nihil intentatum, sed irritato conatu, reliquisset, sola coactus necessitate, et priorum litterarum forte iacturam suspicatus, iterum ad ill. Bayerum prid. Non. Iul. MDCCLXXXIV. scripsi, quibus tandem effectum fuit ut fasciculus nomini meo inscriptus, qui diss. de numis Samar. et de lingua phoenicia, complectebatur, cursu publico ad me mitteretur. Quamvis quidem Vir ill. quem censor meum correspondentem nominat, ad litteras meas respondere haud dignatus esset, et revera dubius haererem, utrum ab eo, an ab ill. *Schlaegero*, qui horum operum communicationem dudum mihi promiserat, profectus esset fasciculus, tamen, ne quid in hac incertitudine peccarem, temperare mihi non potui, quin ipsis iisdem, quas anonymus edidit, litteris ex parte momentosis, d. d. XVIII. Dec. MDCCLXXXV. debitas et infucatas ipsi gratias sine mora referrem.

K

, Le-

3. , Lecta viri inclyti dissertatione et opusculi mei in  
 , Prologo oppugnatione , responsionem ad eius argumenta le-  
 , vi admodum cura composita , ad novam libelli mei de nu-  
 , mis hebraicis editionem ob periculi in mora absentiam differ-  
 , re constitueram , nisi in prima parte Bibliothecae veteris lit-  
 , teraturae et artis , Goettingae anno superiori excusa , pag.  
 , 201 fabulam : *me opinionem de fictitia numorum Samaritano-*  
 , *rum conditione deposuisse* , indignabundus relatam legissem.  
 , Auctor huius relationis , quisquis demum ille sub litteris *Ch.*  
 , latitans fuerit , vix suspicionem effugerit , quin hoc commen-  
 , tum festivum , quod nec poetae auctoritate ,

*Ipsa licet veniat Musis comitatus Homerus*

, defenderetur , ex Hispania hauserit. Nam auctor praefationis,  
 , quam epistolae meae praemisit , novam prorsus exegeseos  
 , viam ingressus , talem sensum è verbis meis , quae sequun-  
 , tur , elicuit , quem ne somniando quidem cogitaveram , ne-  
 , dum ex iis quis eruere posset. Equidem scripseram p. 16 :

, *Ad Samaritanos tuos quod attinet , implicatam eorum*  
 , *controversiis causam strenue defendisti.* ( Ergone vera? Mala  
 , quoque causa strenue defendi potest.) *Structurae tuae ex alie-*  
 , *no sensu , quem interpres D. Scheindenburg causavit , ex par-*  
 , *te ortae , libellum meum leviter tantum tangunt.* ( Estne hoc  
 , pro victo se declarare? ) *Nam quae de silentio Iosephi etc.*  
 , *dixi , idem ipse pag. 4. disertis verbis asseruisti. Sed hoc non*  
 , *obstat quin magnitudine ingenii , eruditionis et agilis indu-*  
 , *striae Tuae mirifice capiar ,* ( etiam in adversario virtus lau-  
 , danda est,) *et si causa cadendum mihi sit, Te eam malim obtinere*  
 , *quam*

, *quam quemvis alium.* ( Vocula : *Si* , non facta , sed futura si-  
 , ve possibilia sive impossibilia respicit. Ad iudices competen-  
 , tes , minime vero ad partes sententiam dicere pertinet. ) *Ve-*  
 , *rum enim vero stet cadatve lis liber Tuus tanquam sanctius ali-*  
 , *quod tabularium ab iis semper adeundus erit quibus hae dapes*  
 , *sapient.* ( Nam in nullo alio opere , quod de numis hebr. ex-  
 , ponit , tot numos tam curate delineatos , et ab ipso auctore  
 , scite descriptos possessosque reperire licet. )

4. , Iam audi praefationis auctorem sequentem in mo-  
 , dum p. 8. ratiocinantem : „ Este ( verdadero Tychsen ) juz-  
 „ ga que los argumentos del Sr. Bayer en defensa de las mone-  
 „ das Samaritanas son urgentes y vigorosos. En fuerza de ellos  
 „ recela perder su causa. Se explica con tal modestia , que no  
 „ se atreve à compararse con su antagonista.“ *Tantum itaque*  
 , *abest , ut victas ill. Bayero manus dederim , aut eum me do-*  
 , *ctiorem pronunciaverim , ut potius ex modo allatis appareat,*  
 , *defensorem eius in ipsa meridie coecutientem , fucum impe-*  
 , *ritis et incautis vendere voluisse. Quae cum ita sint , inge-*  
 , *niosa inter verum et fictitium Tychsenium distinctio , ad*  
 , *nihilum redigitur , et nequeo amplius is esse , quem me esse*  
 , *vult Editor , dignus hercle qui tantae humanitatis et Vlysei*  
 , *acuminis nunc ferat fructum.*

5. , Quibus , ut mea mihi vindicarem , praelibatis , nihil am-  
 , plius mihi restat , quam ut pedetentim ad criminationes per-  
 , risum ac iocum mihi factas accedam. Ac primo quidem ,  
 , quae de lingua , qua conscripta est apologia mea , profert Edi-  
 , tor , infelix est coniectura. Vt linguam Castellanam quam

, b. avus meus, qui in bello Successionis, stipendia in Hispania  
 , meritus fuerat , mihi gustandam in tenera aetate praebuerat,  
 , quamque omnium dialectorum , quae Latinam matrem sa-  
 , lutant, longe praestantissimam, ipsa experientia edoctus, li-  
 , bere profiteor, familiarem mihi redderem, non modo omnis  
 , generis libros Hispanicos, quos conquirere potui, studiose le-  
 , gebam, sed et commercium epistolicum Castellanicum inter-  
 , dum cum amicis instituebam, ut permirum adeo non esset,  
 , si refutationem meam exercitii causa hispane scribendam exi-  
 , stimâssem. Sed alia aderat ratio quae linguam latinam dis-  
 , suadebat. Rumor nimirum increbuerat, Matriti societatem  
 , coaluisse, quae eruditorum septentrionalium lucubrationes,  
 , vel lingua Castellana scriptas, vel in eam conversas, in po-  
 , pularium gratiam esset editura. Vt itaque refutatio mea  
 , Tomo edendo sine ambagibus inseri, et Societatis instituto  
 , respondere posset, amici opera usus fui, qui stilum Castel-  
 , lanum perficiendum benevole suscepit. Sciat quoque Editor,  
 , opellam ob typorum ñ etc. in nostra officina defectum, hic  
 , imprimi non potuisse, exterique typographi culpa unice  
 , factum esse, ut locus expressus non sit. An typographus fur-  
 , tive ex eius mente egerit, cum ipso bona cum mea venia  
 , decidat.

6. , Asserit Censor nihil à me prolatum esse, nisi quod  
 , ex ill. Bayeri diss. sumserim. Libellum edidi ante emissum  
 , Bayerianum opus, quo tot tantaque à nemine unquam pro-  
 , lata ex ipsa historia, scriptoribus iudaicis, samaritanis excita-  
 , ta argumenta protuli, ut è rivulo bibere necesse non ha-  
 , be-

, berem. Praeterea Bayeriana dissertatio superstructa est hypo-  
 , thesi Conringiana, dudum mihi cognitae, quam ipse inven-  
 , tor paradoxis annumerare non dubitaverat, quamque cl. Ba-  
 , yer novis paradoxis v. c. de numis Simonis incognitis, de Al-  
 , phabeti hebr. primitiva constitutione, cui vero psalmi Da-  
 , vidis alphabetici minime favent, rel. exornare omnibus vi-  
 , ribus nisus erat.

7. , Vituperationem censoris eam quoque ob causam  
 , subii quod numorum tempore Hadriani nova sicli percussu-  
 , ra signatorum mentionem non inieci. Nulla suberat causa  
 , cur hos Traiani numos, quos impostor sub incudem revo-  
 , caverat, tentaturus, an typo Samaritano impresso deleri pos-  
 , set impressio romana, in memoriam revocarem, quum ne-  
 , que ill. Bayer eorum in prologo, contra quem refutatio  
 , mea unice directa erat, meminerat, nec operae pretium mihi  
 , esse videbatur, tales aperte falsos numos, vel leviter tangere,  
 , ne difficiles nugae in re seria nectere me velle mihi viderer.  
 , Frustrato impostoris tentamine numis antiquis typum suum  
 , chalybeum adaptandi, nihil ipsi reliquum erat, quam ut *vel*  
 , numorum antiquorum inscriptione affabre delimitata, novo  
 , eos typo signaret, vel numis antiquis aut statuarum fragmen-  
 , tis, tegendae suae technae causa fuis, inque laminas didu-  
 , ctis, monetam suam hebraicam exiguis sumtibus fabricaret.  
 , Ex hac fabrica quae saeculo XVI. ut videtur, in Italia, (ex  
 , qua fere omnes numi Bayeriani, aliique innumeri quos vidit  
 , *Schlaegerus* pervenerunt,) instituta fuit, omnes numi colo-  
 , ris sublutei seu fusci, qualis et noster est, ni fallor, prodie-  
 , runt.

, runt. Operae sane pretium esset in causas tam insolitae nu-  
 , momaniae, quae ex acri disputatione de litterarum Assyr. et  
 , Samar. antiquitate orta videtur, qualemque nulla alia popu-  
 , lorum moneta experta fuit, curate inquirere. Cl. *Otho Sper-*  
 , *lingius* hominem noscebat propriam incudem his numis in-  
 , aedibus suis exercentem, et *Tentzelius* \*) refert, Ecclesia-  
 , stem Ioachimsthalensem in Bohemia, *Io. Matthesium* in  
 , Philippi Melanchtonis gratiam multos siclos cudendos curâs-  
 , se, et in litteris ad cel. Matheseos et hebr. linguae professo-  
 , rem Witebergensem *Paullum Heberum* die Philippi 1552.  
 , datis, quae adhuc in Bibliotheca Gothana servantur, scri-  
 , psisse: „Mitto tibi duos siclos. In literis desidero diligen-  
 , tiam. Igitur *alius artifex* nunc periculum faciet, quid ipse  
 „praestare possit“. Nec ipse ill. Bayerus pagina prologi pen-  
 , ultima inficias it, se non semel vafris crumenarum emuncto-  
 , ribus ludibrium debuisse, indicio certo, adhuc vigere hanc  
 , adulteratorum sodalitatem. Mihi sufficit eruditus haud prae-  
 , occupatis viam, qua impostoris antesignani vestigia persequi  
 , possint, monstrâsse, eosque cautos et attentos reddidisse, ne  
 , in hac quaestione, quae magni omnino momenti est, nimium  
 , colori, et nihil historiae silentio credentes, decipi se patiantur.

*Quid iuvat amisso claudere septa grege?*

, Falsas mihi quoque affingit conclusiones censor, affirmans  
 , me dixisse, drachmas atticas Aaronis aetate cognitae fuisse,  
 , quasi vero Iosephus non potuerit sicli veteris valorem ad  
 , decurrentis aevi monetam, quae Barbaris, in quorum gra-  
 , tiam

(\*) *Curiosae Bibliothecae repositor. II. recula I. Francofurti 1705. 8. pag. 356.*

, tiam scripsit, cognita erat, revocare. Nam si scripsisset: *siclus erat moneta Hebraeorum, quae xx. Geras* \*) continebat, percipi ab eis non potuisset. Nec è Nachmanidis falso siclo, sed è communi omnium, qui eum praecesserunt, silentio, conclusionem feci, eum omnium, quorum extat memoria, antiquissimum, ob ridiculam suam inscriptionem esse aperte falsum et fictitium.

8. , Litteras Hebraeorum ἐπιγραφάς assyriacas fuisse, nec Iudaeos post Esdram Samaritanas adhibuisse, non modo è S. Patribus Origene, Hieronymo etc. sed et è Talmude et ex ipsa populi iudaici historia probari potest. Esdram damnatis litteris samariticis, assyriacas introduxisse, Origenes, Hieronymus et Talmudici uno ore testantur, quorum testimonium omnino gravissimum est. Cui traditioni maximum omnino robur addit populi iudaici, ante et post templum ultimum eversum, in Hispaniam, Italiam, Germaniam, Arabiam, Indiam etc. dispersi historia, qui si, ut quidam existimant, scriptura phoenicia et Samaritana in vita communi usi fuissent, fieri omnino non potuit, ut in tam dissitis regionibus degentes, unanimo eam consensu cum alia mirum quantum diversa, in qua ne vola quidem aut vestigium phoeniciae aut Samaritanae cernitur, commutâssent, quum e contrario Samaritanos scripturam à maioribus traditam ad hanc usque diem intemeratam servâsse constet.

9. , Litterarum in numis figura, modo ad phoeniciam, Samaritanam et Hebraeam, modo ad graecam antiquam, alias, que

(\*) *Levitic. xxvii. 25.*

, que proxime accedit, nec raro versipellis, et sibi constans est. Assumptio precaria est, Samariticas literas tot annorum, decursu à figura, qua Simonis tempore gaudebant, recessisse. Contra vero dubio nullo caret, quin earum moderna, figura eadem sit, quae Simonis tempore erat. Nam ut S.Hieronymi testimonium in prologo ad Regg. libros, quod modernis litteris Samar. exacte respondet, taceam, in libris ad sacros usus descriptis, teste experientia, neque apud Iudaeos, neque apud Samaritanos, traditionis tenacissimos, ulla litterarum à figura consueta mutatio locum habet. Simon itaque, Ioannes Hyrcanus, aut ut in suo numo inepte scribitur, *Iehochananhan* etc. scripturam in numis suis adhibitam finxerint necesse est. Sed nulla Simonem necessitas urgebat, cur vel novas characterum figuras, vel scripturam steganographicam et incognitam excogitaret, quum ipsius populi iudaici, qui in contractibus et actis publicis *annum regni et nomen principis Simonis* (I.Macc.XIII. 42. coll. Ioseph.A.H.XIII. c. VI. §. 6.) consignabat, exemplo et auctoritate stipatus, sine cunctatione in numis, qui publica auctoritate signandi erant, eadem litteris vulgaribus exprimere potuisset.

10, Numi, quorum Aleschkarus quaest. 74. mentionem iniicit, quosque *Iudaei*, quod mireris, *Alemanni* fide, Samariticos pronunciat, puri puti graeco-phoenicium, et Hispanici *desconocidas* dicti, fuisse videntur, ut ex ipsa orationis serie adparet. Hos vero numos siclos appellat, ut Talmudicis in more positum erat, numos v. c. Neronis *siclos Neronis* appellare. Ergo testimonia pro defendendis numis Samarit., rit.



, rit. è Nachmanide et Aleschkaro petita, admodum lubrica  
 , et ieiuna sunt. Quorum relationes si cum Samaritanorum  
 , asserto \* ): *nos quoque numos à regibus Israëlis cusos habui-*  
 , *mus scriptura Samaritica , in quorum uno latere figura vir-*  
 , *gae amygdali , in altero vero imago vasis Mannae erant , con-*  
 , *tendantur , satis superque testantur , eos initio in fraudem*  
 , *delatos fuisse , et postea ipsos fraudis viam iniisse . Sed obi-*  
 , *ciat quis , quod ill. Bayerus numos suos Hasmonaeorum at-*  
 , *tingere aetatem Iovem lapidem iuret . Ergone genuini sunt ,*  
 , *nec imago eorum dubia visum fefellit ? Relandus , acerri-*  
 , *mus numorum Sam. defensor , siclos adulterinos ; D. Baye-*  
 , *rus veros et integros statuit . Schlaegerus vir in re antiqua-*  
 , *ria et numaria exercitatissimus et famigeratissimi numophy-*  
 , *laci Gothani per 50. annos praefectus , ne ullum unquam*  
 , *numum vidit Samaritanum qui indubitata antiquitatis cri-*  
 , *teria haberet \*\* ) ; ill. Bayerus numos xxxii , quos possidet ,*  
 , *sinceros et puros claris oculis videt . Quem itaque falsa vi-*  
 , *sione et specie motum dicemus ? Eum ni fallor , qui falla-*  
 , *ci oculorum fide solus incedit et nititur . Alia ingeniosa censo-*  
 , *ris asserta , quibus contumelia mihi factum itur , sicco pede*  
 , *transeo ; nam ad quaestionem ipsam decernendam nihil at-*  
 , *tingent , sed merae cavillationes sunt . Censor tamen in er-*  
 , *rore maximo versatur , existimans , personam ill. Bayeri cum*  
 , nu-

(\*) Kircherus in Oedipo T. II. p.90. ed. Rom. 1653.

(\*\*) Nuperrime Fr. HYACINTHVS ARIZARRA Ord. Praed. in diss. de hebr. characterum antiquitate. Mutinae

1782. 4. pag. 74. numos quoque Samaritanos supposititios esse statuit , neque promereri ob eam causam , summo studio ac diligentia custodiantur in numothecis etc.

, numis suis tam arcto nexu esse coniunctam , ut ridens numos suos , eum quoque rideat necesse sit , à qua labe , Deum , testor , alienissimus sum. Nam latam privatam de hoc Viro , doctrina , meritis et muneribus conspicuo , in epistola mea , sententiam , non obstante opinionum et morum diversitate , publice nunc repetere et candide profiteri non erubesco. , Postremo tandem loco Censor in me vibrat sententiam Phaedrinam :

*Nolo irascaris libere si dixerò :*

*Diis est iratis natus qui similis est tibi.*

, Non sane irascor. Per me licet mihi Dii sint irati , dummodo DEVS TRINVNVS , cui soli vivo , mihi sit propitius.

, Bützovii Idib. Ian. MDCCLXXXVII.

ATQVE hic erat controversiae status ineunte vere anni MDCCLXXXVII. quo tempore Latina D. Tychselii Vindicatio ad manus meas pervenit , nec quicquam praeterea toto eo anno , cum frigus iam ingrueret , è Butzovio allatum aut nuntiatum mihi fuit , ut paene omnem à D. Tychselio literarum spem abiicerem , deque epistolari inter nos deinceps commercio actum omnino existimarem ; reviguit illa tamen cum sub initium Ianuarii MDCCLXXXVIII. literae manum Eius praeseferentès redditae mihi fuere , nimirum:

ILLVSTRISSIMO ET DOCTISSIMO

D. FRANCISCO PEREZIO BAYER

S. P. D.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN.

Nudius tertius per cursores publicos Berolino ad me perlatæ sunt exoptatissimæ Tuæ pridie Cal. Nov. MDCCLXXXVI. scriptæ sed lentissimo gradu profectæ litteræ, quas mirifice vellem celerrime ad me pervolasse, ut exortæ è sensu alieno suspensiones statim præcaveri potuissent. Iuvat autem anteacta amplius non tangere; raro enim vita humana sine fabula est: quam veritatem nuper Cl. Io. Ge. Koch Aulæ Russicæ Consiliarius et Societatis Regiæ Goettingensis socius egregie comprobatum dedit, novam prorsus numos Samaritanos explicandi viam ingressus, qua tota omnes, qui de his numis exposuerunt, errasse persuasum sibi habet. Haud ingratum Tibi fore spero si ex eius commentatione, quam manuscriptam L. B. de Asch. V. Cl. nuper mecum communicavit, quaedam novitatis gratia excerptam.

„ Illustrissimo D. Georgio L. Baroni de Asch Augustissimæ Imperatrici omnium Russiarum à consiliis Status, Eiusque exercituum Medico primario, Collegii Medici et plurimarum Societatum Scientiarum membro, fautori colendissimo I. G. Koch.

„ Lucubrationem D. Tychsenii et D. Klemmii de numis Hebraeorum libellum magna cum voluptate legi, eamque

L 2

„ ob



VII. Sistit scyphum et inscriptionem

ⲗ ⲧ ⲱ Ⲉ ⲁ ⲓ Ⲑ.

a r o f a s c h o

ⲁ ⲱ

a r o

عش أفر<sup>ء</sup> vel عربي عش<sup>ء</sup> أفر

id est: Hilaritatis arbor palma paucis ramis tenuique caudice dedit.

VIII. Sistit urnam et ramum cum inscriptione

× ⲁ ⲑ Ⲑ ⲗ ⲱ ⲗ ⲱ ⲁ ⲑ ⲁ

. a t r t h a e l o a t r a

عريّة<sup>ء</sup> ع<sup>ء</sup>ⲗⲏⲉ عطسرة

id est: Palmae cuiusvis usui permissae ramus bene olens, vel vendibilis in foro.

Alterum latus habet flores et inscriptionem

ⲁ ⲑ ⲁ Ⲉ ⲱ ⲁ ⲧ ⲧ Ⲉ ⲱ ⲗ ⲱ

r a f o a t t e s c h a l o

ع<sup>ء</sup>ⲗⲏⲉ ششبي أفر

id est: Separatus hilaritatis, selectus.

Alterum latus habet sertum ex duobus filis vel glabris virgis contortum cum inscriptione in medio

Ⲉ ⲱ id est <sup>scho</sup> id est جريال  
ⲉ Ⲑⲟⲓ id est <sup>rol</sup> id est vinum.

, Speciminis loco haec sufficient. Auctor ex omnibus inductis exemplis hanc elicit conclusionem.

„ Iam in enumeratis numis ne gry quidem iudaicum superest. Numi enim, ut iam nunc patet, continent inscriptiones Arabicas pristinorum saeculorum litteris quas in gemmis caeterisque monumentis litteratissimi huius olim populi deprehendimus.

, An

, An auctor hoc suum *ἔργον* typis iam mandaverit aut com-  
 , mentationibus Goettingensibus inserturus sit me prorsus latet.

, Simile quiddam cum Cl. Kochio habere videtur Thomas  
 , Christianus Tychsen Professor Theologiae extraordinarius  
 , Goettingensis qui Tomo VIII. Commentat. Societ. Reg. Goet-  
 , ting. anni 1787. pag. 122. 129. Commentationem: De  
 , numis Hebraeo-Samaritanis ignotis characteribus inscriptis  
 , inseruit, in qua probandum sibi sumsit litteras nomen : שמעון  
 , נשיא

In numo Tuo I. *ΣΔΟΝ ΣΤΑΧ*

In II. . . . . *ΣΡΑ ΚΦΟΡ*

In Harduini . . *ΣΡΟΥ ΣΦΟΡ*

, repraesentantes, dummodo cochleatim aut in orbem legantur  
 , cum solitis Samaritanis cognatas esse. Quamvis quidem Com-  
 , mentator plus viderit quam oculorum acie attingere valeam,  
 , tamen ex inde decernere nullus dubitavit:

„ Quod si enim ostendi potest primo, hosce numos Simo-  
 „ nis vere esse et Simonis nomen praeferre, deinde proba-  
 „ bilis aliqua ratio reddi cur diversos ab usitata scriptura  
 „ hinc adhibuerit characteres: vix puto fore qui et hos et  
 „ omnes omnino Hebraeorum numos tam feliciter et hi-  
 „ storicae Hasmonaeorum convenienter ab impostore ali-  
 „ quo confictos esse iudicet.

, Fortuna nondum adiutus sum ut Iudaeorum Hierosolymi-  
 , tanorum qui quotannis eleemosynarum colligendarum causa  
 , urbem nostram transeuntes me invisunt interventu et ope  
 , nu-

, numos Samaritanos Hierosolymis effossos quovis pretio acci-  
 , perem. Omnes ad memoriam suam nullos ibi repertos esse  
 , uno ore mihi asseverant. Nuperrime quoque egregiae indo-  
 , lis Iudaeus Hierosolymitanus R. Iacobus Schor, qui quatuor  
 , ultimos Scenopegiorum dies hìc transegit, idem sanctissimo  
 , iuramento confirmavit. Sed eiusmodi testimonia me parum  
 , movent. Omnium autem pro et contra ventilatorum argu-  
 , mentorum ea quae numor. Samar. *γνησιότητα* debellant, sat fir-  
 , mis praesidiis septa mihi videntur. Quorsum v. c. spectant

1. , Iosephi etc. Patrum, eorum praecipue qui phoeniciam  
 , scripturam et linguam callebant, et quod maximi quo-  
 , que ponderis est, Talmudistarum fallere nescientium,  
 , ut Iudaei credere tenentur alta silentia.

2. , Characterum sententiarum et symbolorum mira varietas.

3. , Characterum tam à phoenicio-Canaanitica quam à Sa-  
 , maritana scriptura discrepantia.

4. , Characterum cum Afro-et Hispano-phoeniciis maior si-  
 , militudo, quae in expiscanda numorum origine omni-  
 , no in censum venit, quum è S. Augustini Procopii alio-  
 , rumque relationibus discimus, scripturam linguamque  
 , phoeniciam sua aetate nondum intercidisse, quin potius  
 , verosimile esse, eam longe post Arabum irruptiones ad-  
 , huc viguisse.

5. , Characterum Assyriacorum apud Iudaeos longe ante Si-  
 , monis tempora usus, et id genus alia.

, Vtinam, Vir illustrissime, omnibus aliis sepositis negotiis  
 , promissum de numis Hispano-phoeniciis etc. opus ad finem  
 , per-

, perducas, de quo tamen cl. Anse de Villoison, nescio quibus  
 , rationibus adductus, dubitat. Sic enim in litteris ad cl. Theoph.  
 , Chr. de Murr 1783. datis et Tomo XII. diarii Murriani pag.  
 , 308. etc. insertis: „ Le chanoine Bayer, (scribit) le plus sca-  
 „ vant homme de l'Espagne travaille depuis long tems au Ca-  
 „ talogue bien plus important des MSS. Grecs de l'Escurial,  
 „ qu'il ne finira jamais. Vous aurés vû son dernier ouvrage sur  
 „ les medailles Samaritaines, ou il promet l'explication des  
 „ Espagnoles. Dieu veuille, qu'il tienne parole, mais j'en  
 „ doute“. \*

, Numi phoenicii et cufici ad palaeographiam orientalem  
 , facientes mihi quidem in deliciis, sed inventu hîc rarissimi  
 , praesertim Hispanici sunt. Augustissimi Infantis versionem  
 , Sallustianam cuius sitim vix fero brevi me accepturum esse,  
 , litterae Tuae in magnum meum gaudium sperare me iubent.

, Nuper in manibus habui numum ei similem quem Cl.  
 , Ekhel de numis anecdotis P. I. Tab. XVI. 15. aeri incidi cura-  
 , vit, in cuius adversa parte à tergo Iovis, sive Herculis sedentis  
 , verba *יְהוָה לְעַלְעֵבָה* legenda mihi videntur, quae et in  
 , inscriptione Melitensi, ut equidem opinor, occurrunt. Sed  
 , hoc tuo arbitrio sit permissum.

, MStum. Pentateuchi Hebraeo-Latini, quod nunc Tibi mit-  
 , to olim à Iudaeo Hispano R. Iosepho Musaphia Altonae tunc  
 , commorante aegerrime acquisivi. Facilius enim è pumice  
 , aquam quam ex Iudaeis nostris libros exprimere licet, stu-  
 , diose caventibus ne in manus gentilium veniant. Codex morte  
 , pro-

\* Vid. not. infr. *sub fin. Cap. IV. Et init. Append. not. 2.*



, propinqui qui olim in Hispania cryptoiudaeum egerat, quos-  
 , que אונסים appellant ad eum pervenerat. Tales *Onesim* Hebrai-  
 , ca legere nescientes, suo satisfacisse officio dicuntur, si in so-  
 , lennibus Sabbathicis Legis praelectionibus sonum verborum  
 , imitari et verba blaterare possint. In eorum itaque gratiam  
 , Pentateuchus hebraicus litteris Latinis, ut olim litteris Grae-  
 , cis transcribi solet. Vt Codex hic singularissimus et in uni-  
 , versa republica litteraria Christiana unicus, tuto ad manus  
 , tuas perveniat, vehementer opto.

, Cl. Moldenhaverum statim post reditum uxorem duxisse  
 , nuper mihi nuntiabatur. Iter suum Hispanicum forte litteris  
 , mandabit. Mallem tamen iter tuum Lusitanicum luci publi-  
 , cae expositum. Nuper Tomus I. Codicis Syriaco-hexaplaris  
 , prodiit sub titulo: Codex Syriaco-hexaplaris Ambrosiano-  
 , Mediolanensis, editus et Latine versus à Matthia Norberg  
 , LL. OO. Prof.Reg. et Ord. Londini Gothorum 1787. 4.  
 , pagg. 561. Pretium eius est Ducatus Hollandicus. Itaque  
 , Cl. Bugattium, qui in sua admonitione in Norbergium gravi-  
 , ter invehitur, nefas, quod mireris, habens Norbergium co-  
 , dicem hunc descripsisse, praevenit. Vale Vir illustrissime,  
 , et iube. Dat. Butzovii XVII. Cal. Dec. MDCCLXXXVII. \*

ATQVE hae sunt novissimae D. Tychsenii ad me literae,  
 , quas paucis post diebus excepit transmissus ab Eodem Hebraeo-  
 , Hispanus Pentateuchi Codex de quo in Ipsius literis XIIX.  
 , Dec. MDCCLXXXV. Hunc autem ut quanti facerem ostende-  
 , rem, simul ut gratum memoremque erga Donantem animum

per-

\* In hac quoque Epist. Auctoris Orthographiam presso pede sequuti sumus.

perpetuo testatum relinquerem, illico Regiae Bibliothecae inferendum atque in paucis custodiendum curavi, nimirum ut honestiore ac tutiore quam apud me hospitio deinceps uteretur, nemini iam eorum qui his lautitiis delectantur invidendus; interea vero de Hispana Serenissimi quondam Domini Infantis GABRIELIS Sallustii versione et numismaticis quibusdam xeniolis ad D. Tychsenium, cum primum occasio id ferret, hostimenti loco transmittendis non parum sollicitabar. Quibus praeiactis ad intermissam diu de numis Hebraeo-Samaritanis quaestionem redeamus.

#### CAPVT QVARTVM.

*Expenduntur rationes et argumenta quibus D. Tychsenius in Refutatione Hispanica et literis numorum Hebraeo-Samaritanorum fidem impugnat.*

**H**ACTENVVS pro Historici munere quae gesta sunt bona fide retulimus, nunc pro susceptae causae patrocinio advocati partes agenda nobis sunt ac D. Tychsenii obiectis adversus numorum Samaritanorum fidem pro virili occurrendum; ut tamen si minus id assequamur nihil inde illa detrimenti capiat.

PRIMVM autem obiicit D. Tychsenius Iosephi, Hesychii, Suidae, Pollucis et Patrum, eorum praecipue qui Phoeniciam scripturam et linguam noverant, Talmudistarumque, quod maximi ponderis esse ait, altum de his numis silentium<sup>(1)</sup>: quibus haec adiicit mecum colloquens: *Nam*

(1) *In Refut. Hisp. nn. II. VI. VII. MDCCLXXXVII. , Omnium autem (inquit) VIII. IX. . . In lit. XVII. Cal. Decemb. , pro et contra ventilatorum argumentorum,*

*quae*

*rum,*

quae de silentio Iosephi etc. dixi, idem ipse pag. 4. (opusculi mei scilicet De numis Hebraeo-Samaritanis) *disertis verbis asseruisti* <sup>(1)</sup>; hoc vero, pace D. Tychsenii dixerim, incertum immo falsum falsissimum est. Numos ego Hebraicos eo loco à siclis distinxeram, ac priorum (id est numerum) nullam prorsus in toto corpore Mischnico et Gemarico, aut in veterum et recentium Rabbinorum commentariis, ac neque apud Iosephum et Philonem mentionem; et ne sicli quidem *quod ad scripturam et literarum formas attinet* (quae verba notanda sunt) *nisi perlevem, nedum explicationem* exstare dixeram: quae non diversa modo sed plane contraria sunt. Locus patet omnibus, eum tamen extra ordinem in Lectorum gratiam repetere opportunum duxi <sup>(2)</sup>. Et quo pacto id mihi verbum vel incogitanti aut aliis distracto excidisse unquam potuit, qui paulo ante, nimirum in eiusdem opusculi prologo, Iosephi locum de siclo Hebraeorum numismate adversus D. Tychsenium vehementer urseram, eumque asserti mei praedem proramque, ut aiunt, et puppim statueram?

Ve-

, rum, ea quae numerum Samaritano-  
rum *γνησιότητα* debellant sat firmis prae-  
sidiis septa mihi videntur. Quorsum v.  
c. spectant I.º Iosephi etc. Patrum, eo-  
rum praecipue qui Phoeniciam scriptu-  
ram et linguam callebant; et quod ma-  
ximi quoque ponderis est Talmudista-  
rum, fallere nescientium, ut Iudaei cre-  
dere tenentur, alta silentia.“

(1) *Lit. XIII. Dec. MDCCLXXXV. cir-  
ca fin.*

(2) , Iudaeorum Sapientes (inquam  
, *Diss. de num. Hebr. Samar. cap. I. p. 4.*)  
, qui primi omnium nobis siclorum noti-

, tiam ingenuerunt, de reliquis Hebraeo-  
, Samaritanis numis, qui nunc teruntur  
, Eruditorum manibus, suoque demum  
, loco explicandi venient, ne meminere  
, quidem :: In toto certe, quam late pa-  
, tet, corpore Mischnico et Gemarico, in  
, veterum et recentium Rabbinorum com-  
, mentariis, atque apud Iosephum et Phi-  
, lonem nulla prorsus numerum Hebraeo-  
, Samaritanorum, ac ne sicli quidem *quod  
, ad scripturam et literarum formas at-  
, tinet, nisi perlevis mentio, nedum ex-  
, plicatio exstat* Vid. not. nostr. ad eum  
locum.

M 2

Verene autem Iosephus sicli *Hebraeorum numismatis*, id est *peculiaris suae gentis monetae* meminero, quando ita D. Tychsenio placitum est <sup>(1)</sup>, iuxta nos cum Eo atque otiose examinemus. Agi in eo Iosephi loco, nimirum *Antiq. III. c. VIII. n. 2.* D. Tychsenius ait de semisiclo viritim ab Israëlitis ingenuis ad tabernaculi fabricam persolvendo, *Exod. xxx. 13.* Iosephum autem, ut semisicli valorem declararet, asserere siclum integrum quatuor drachmis Atticis respondere; indeque continuo elicit *evidens esse Iosephum nullum nisi siclum Aaronis tempore receptum intelligere eo loco potuisse; absurdamque eius declarationem fore, si ad numos qui supponuntur sub Simone tot post Moysen saeculis percussi referatur* <sup>(2)</sup>. Vitiosa collectio, cuiusque ab utraque parte in propositione unde elicitur nec vola neque vestigium exstat. Sed quàm non optimus collector D. Tychsenius sit, inferius patebit.

Videamus igitur an Iosephus suam hanc de semisicli apud Hebraeos valore declarationem ad siclos Aaronis tempore receptos retulerit, quae D. Tychsenii sententia est, an de peculiari Hebraeorum numismate, quod eius aetate adhuc exstaret, loco citato egerit atque intelligi voluerit. Ο δὲ σίκλος

( in-

(1) , Me detendrà ( *inquit* ) gustoso , en examinar este lugar de Josefo y de , otros , para hacer ver que lejos de ser , favorables à la opinion de este Sabio , la , destruyen enteramente. *Ref. Hisp. n. II.*

(2) , Tratase ( *inquit* ) en aquel lugar de la contribucion de medio siclo por , persona libre, que se impuso en el Pontificado de Aaron para la fabrica del Tabernaculo, conforme al cap. xxx. v. 13. , y 14. del Exodo::: y declarando Josefo

, el valor de este siclo ( *immo huius semisicli* ) dice que corresponde à quatro drachmas Aticas. Luego es evidente que no , pudo entender ( *Josefo* ) sino el siclo recibido en tiempo de Aaron, el qual ciertamente fue una moneda imaginaria ; y , que sería un absurdo el aplicar dicha declaration à las monedas que se suponen , acuñadas en el gobierno de Simon , tantos siglos despues de Moyses. *Refut. Hisp. n. III.*

(inquit) νόμισμα Ἑβραίων ὧν Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας· id est: *Siclus autem Hebraeorum numus*, (sive ad literam, qui *Hebraeorum numus est*) valet quatuor drachmas Atticas; atque eòdem Tychseniana versio recidit <sup>(1)</sup>: cui thesi duo membra insunt; nimirum I. *Siclum quatuor drachmas Atticas valere*, II. *Eundem numisma Hebraeorum esse*. Vt autem Iosephus semisicli valorem declararet, prius illud membrum suffecturum si dixisset: ὁ δὲ σίκλος Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας, *siclus valet quatuor drachmas Atticas*; posterius autem sive νόμισμα Ἑβραίων ὧν, nisi de peculiari eius gentis numismate ipsius aevo superstite intelligi voluisset, superfluum omnino atque importunum fore. Ac si Iosephus eo loco ad receptos Aaronis aetate siclos respexisset, minime verbo praesentis temporis δέχεται valet, sed praeteriti ἐδέχετο valebat aut δέδεκται valuit usus fuisset, ex more loquendi veterum <sup>(2)</sup>; neque participio ὧν quod item praesentis est temporis. Et sane quoties in Exodi, Levitici, Numerorum atque etiam in Ezechielis libris *siclus viginti geras sive obolos valere* dicitur <sup>(3)</sup>, non de praeteritorum saeculorum siclis, sed de iis qui tum maxime apud Hebraeos appendebantur et in usu erant eorum Auctores intelligendi sunt; atque in eodem sensu Xenophon <sup>(4)</sup>, Hesychius <sup>(5)</sup>, alii.

Prae-

(1) , El siclo (*inquit*) moneda de los , Hebreos vale quatro dracmas Aticas. *Ref. Hisp. n. II.*

(2) Harpocraton de statere aureo seu Darico loquens: Ἐδύνατο δ' εἷς (*valebat autem unus*) τοιοῦτο ὅπερ καὶ ὁ χρυσοῦς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενος. *Ap. I. C. Harremberg. Observ. Crit. in voc. שִׁכְלִי Vgol. Thes. T. xxviii. col. 1411.* Pollux: Ὁ δὲ χρυσοῦς σατήρ δύο εἶχε (*habuit*) δραχμὰς Ἀτ-

τικὰς. *Lib. IV. c. xxiv. segm. 173.* Et *lib. IX. c. vi. segm. 57.* Ὁ δὲ χρυσοῦς σατήρ μινᾶν ἐδύνατο (*minam valebat*) etc.

(3) *Exod. xxxi. 13. Levit. xxvii. 25. Num. iii. 47. Ezech. xlv. 12.*

(4) Ὁ δὲ σίκλος δύναται (*valet*) ἑπτὰ ὄβολους καὶ ἡμιόβολιον Ἀττικοῦς. *De Exp. Cyr. lib. I. p. 256. Ed. Par. 1625.*

(5) Σίγλον νόμισμα Περσικόν (al. Ἑβραϊκόν) δυνάμενον (*valens*) ὀκτὼ ὄβολους Ἀττικοῦς. V. Σίγλον.

Praeterea Iosephus dum Hebraeorum siclum cum Atticorum drachmis comparat, non rude argenti pondus cum nummis seu signata pecunia, sed monetam monetae confert (quemadmodum paulo inferius Hebraeorum  $\eta\eta$  *hin* cum *chóis* Atticis, mensuram scilicet <sup>(1)</sup> mensurae); eam vero quae suo tempore minus nota erat, id est siclum (Iosephi enim aetate sicli iam paene exolevisse aut saltem rari apud Iudaeos esse existimandi sunt, cum paucis numero atque intra biennii angustias in hypothesis nostra percussos fuisse constet), per notiorum et frequentiorum, sive per drachmam Atticam, in quantum monetae species est, explicat.

Sed neque ut adductus Iosephi locus atque alius item Philonis de quo mox, intelligantur de pecunia signata seu  $\tau\eta$  *κεχαραγμένη* et non tantum de pondere seu *moneta* qualem eam D. Tychsenius vocat *imaginaria* <sup>(2)</sup> necesse utriusque Scriptori fuit addere  $\tau\delta$  *νόμισμα*, contra quam vir doctus existimat <sup>(3)</sup>; cum una vox *ἀργύριον*, et *ἀργύρια* Xenophonti <sup>(4)</sup> Plutarcho <sup>(5)</sup>

De-

(1) Ἐλαίου τε ἐλαίνου εἶν, μέτρον δ' ἐστὶ τοῦτο ἐπιχώριον, δύο χόας Ἀττικῶς δεχόμενον, id est: *Olei olivarum Hin: haec est mensura Hebraica, quae capit duo Choas Atticos.* Antiq. III. VIII. n. 3. Et eod. libr. c. IX. n. 4. Ὁ δὲ εἶν μέτρον ἀρχαῖον Ἐβραίων δύναται δὲ δύο χόας Ἀττικῶς ποιῆσαι, id est: *Hin antiqua Hebraeorum mensura; potest autem duos Choas Atticos facere:* quae indicant *Hin* Iosephi aevo iam exolevisse.

(2) La palabra *drachma* (*inquit*) indica claramente que Filon expresó la cantidad en moneda imaginaria. *Ref. Hisp. n. VI.*

(3) Siendo también (*inquit*) de observarse que Josefo en toda la historia de Simon y Juan Hircano siempre usa la palabra *ἀργύριον* sin hacer mención de siclos acuñados. *Ref. Hisp. n. III.*

(4) *Χρήματα δὲ εἰς ἀργύριον λογιθέντα.. Pecuniae vero summa ad argentum redacta.* *Cyrop.* III. ε vers. Leunclavii pagin. 68.

(5) *Πρεῖπειν (Τιγελλῖνος) ἀυτῇ ὄντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἀργύρια: Praebuit Tigellinus ipsi viginti quinque myriadas (CCL.M.) argenti, λογιθέντος scil. seu pecuniae numeratae.* In Galb. Ed. Londin. 1724. vol. v. pag. 385.

Demostheni <sup>(1)</sup>, Polluci <sup>(2)</sup> atque etiam Scriptori sacro, ut mox dicemus, non rude argentum sive ἀσημον sed pecuniam signatam numosque *praesertim* <sup>(3)</sup> argenteos valeat; immo vox ἀργύρια, πλεθυντικῶς, seu plurativo numero, omnino de moneta sive de numis, Daricis puta aut Philippicis, usurpanda est; Attici enim nunquam *argenta* plurali numero dixere <sup>(4)</sup>, unde ad nos mos idem deductus fuit.

Apud Matthaeum principes Sacerdotum Iudae τριάκοντα ἀργύρια (non addit *numismata*) proditionis auctoramentum constituerunt, pro quibus Vulgatus Interpres *triginta argenteos*, id est *numos* vertit <sup>(5)</sup>; et pressius apud Marcum et Lucam vocem ἀργύριον *argentum* et phrasin ἀργύριον δοῦναι *argentum dare* pro numis et signata pecunia <sup>(6)</sup>.

Iuvat autem haec loca et praecipue priorem illum Matthaei committere cum Zachariae vaticinio de eodem argumento, וַיִּשְׁקֹלוּ אֶת שְׂכָרִי שְׁלֹשִׁים כֶּסֶף *vaisckalú eth secarî sceliscîm ché- seph* i. e. *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos* <sup>(7)</sup>: quem nemo sanus nisi de rudi atque ἀσήμῳ argento, cum nul-

(1) Orat. advers. Timocr. init. ὡς εὖ οὗτος μὲν ἔχει πᾶσ' ἐκείνων ἀργύριοι: ut iste (nimirum Timocrates) ab illis numos acciperit: idque saepius. Et in Exegesi: ἵνα αὐτὸς ἀργύριον λάβῃ ut ipse pecuniam accipiat.

(2) Τὸ δὲ ἀργύριον καλεῖται χρήματα καὶ νομίσματα, ὡς πᾶσι καὶ τὸ χρυσίον. *Argentum vero etiam pecunia vocatur, et moneta; quemadmodum et aurum.* Lib. III. c. x. Segm. 86.

(3) Addere visum fuit τὸ *praesertim*; ἀργύριον enim generaliter pecuniam significat ex quocumque metallo sit, ut notat

H. Steph. in ea voce. Est enim pecunia ex earum rerum numero quas ICTi. fungibiles appellant, id est quae in genere suo functionem recipere dicuntur, ut alia pro alia, id est aurum pro argento aut aere si- ve econtrario invito creditori solvi possit.

(4) Ἀργύρια δὲ κατὰ πλῆθος ἠκιστα λέγουσιν Ἀττικοὶ Poll. III. x. segm. 87. Hispani *Plata*, Galli *Argent* sing. num.

(5) Cap. xxvi. v. 15.

(6) Marc. xiv. 11. ἀργύριον δοῦναι: *pecuniam se daturus*... Luc. xxii. 5. ἀργύριον δοῦναι *pecuniam dare*.

(7) Zachar. xi. 12.

nullus tunc apud Iudaeos esset signatae monetae usus, intellexerit; idque etiam manifeste indicat Hebraica vox *יִשְׁכַּלְוּ* *vaisckalû*, et appenderunt, pro qua Sacri Evangelistae Matthaeus *ἔστησαν* *constituerunt*, Marcus *ἐπαγγείλαντο* *promiserunt*, Lucas *συνέθεντο* *pacti sunt*. Ioannes altum de hoc silet.

Et sane sicut ineptum foret siclos quorum exstat mentio in antiquioribus Veteris Testamenti libris, atque argenti drachmas ad annum Seleucidarum CXLVIII. à Iuda Machabaeo Hierosolymam remissas, solidoque duodecennio recentiores siclos à Demetrio Sotere in necessarios sumtus sanctorum Ionathae oblatos, de quibus in Machabaeorum gestis <sup>(1)</sup>, de signata pecunia sive de numis proprio Hebraeorum commate percussis usurpare: ita econtrario qui post Simonem apud Scriptores occurrunt Iudaeorum sicli et numi, nimirum postquam communis populorum consensus argentum ad lancem exigendi morem abiecerat, cur de rudi potius appensoque ad stateram argento atque aere, quam de τῷ κεχαραγμένῳ seu signata pecunia intelligendi sint, plane non video; ac proinde vel si Philo in adducto loco non addidisset vocem νομίσματος, sed plane ac simpliciter edixisset δραχμὰς διακοσίας ἀργυρίῳ, de signata pecunia intelligendus esset.

Quod autem D. Tychsenius ibidem subdit, *unum drachmae vocabulum clare indicare Philonem ταῖς δραχμαῖς διακοσίαις*

mo-

(1) *II. Mach. XII. 43.. I. Mach. X. 40. 41. 42.* Namque hi sicli non offerebantur Ionathae à Demetrio, peculiaribus Syriae Regum, id est percussis ab iisdem in Syria numismatis exsolvendi; alioqui

signati fuissent; sed è tributis quae à Iudaeis Syriae Regibus pendi solita erant, atque in Iudaea ad rationes Regis pertinebant ut v. 41. atque adeo appensi non signati fuere.



monetam imaginariam significásse <sup>(1)</sup>, an non id magis imaginarium est? Drachmae nomen, non secus ac minae atque etiam sicli, cum initio ponderum fuissent, post frequentiorum signatae pecuniae usum ad numerorum species significandas translata sunt <sup>(2)</sup>. Non minus autem frivolum quod de voce νόμισμα paulo ante dixerat, nimirum: *Ad demonstrandum tandem vocabulum νόμισμα non semper monetam signatam exprimere, sufficiet notare id Iosephi aevo, immo ante hoc tempus, minime circumscriptum ut significaret pecuniam seu monetam qua in commerciis utimur (Hispani effectivam dicimus); sed etiam denotare imaginariam, id est certum pondus aut metalli summam lege definitam; immo et legem ipsam, ut elicitur ex Esdrae I. cap. VIII. v. 35. quo loco pro Hebraica voce נה (lex) in textu Graeco est νόμισμα* <sup>(3)</sup>. Nam prius horum gratis omnino, posterius falso asseritur; non enim eo loco nuda vox νόμισμα pro lege in textu Graeco ponitur, sed νόμισμα τῆ βασιλείας, <sup>(4)</sup> ut *edictum Regis sive edictalem legem significet. Ac scio interdum etiam τὸ νόμισμα pro lege, eo quod à lege sit et à lege nomen habeat, quasi legitimum dixeris, ut Aristoteles*

do-

(1) Este pasage ( *Levit. xxxvii. 3.* ) se ha de referir al tiempo de Moises: fuera de que la palabra *dracma* indica claramente que Filon expresó la cantidad en moneda imaginaria. *Ref. Hisp. n. vi.*

(2) Ἦν δὲ καὶ μὴ δραχμῆ τε καὶ νομισματος ὄνομα. *Poll. ix. vi. segm. 57.* Ἦν δὲ ἡ δραχμὴ οὐ νόμισμα μόνον. *Segm. 60.*

(3) Para acabar de demostrar, *inquit*, que la palabra νόμισμα no siempre expresa la moneda acuñada, bastará advertir que

dicho vocablo en tiempo de Josefo y antes de él no se ceñía à significar la moneda efectiva, sino que tambien denotaba la imaginaria, es à saber cierto peso ò cantidad de metal determinada por la ley; y aun la misma ley, como se vè en un lugar de Esdras I. cap. VIII. v. 35. donde la voz Hebrea נה (ley) se traduce en la version Griega νόμισμα. *Ref. Hisp. n.v.*

(4) Καὶ ἔδωκαν τὸ νόμισμα τῆ βασιλείας τοῖς διοικήταις τῆ βασιλείας. I. *Esdr. VIII. 35.*

N

Et

docuit <sup>(1)</sup>; atque item pro *νενομισμένῳ ἔθει* id est *pro legitimo ac recepto more* <sup>(2)</sup> ac pro aliis usurpari; sed haec ut singularia negligenda sunt. Sed quid si Septuaginta eo loco τὸ: τῷ βασιλέως νόμισμα, ad *signum* sive ad *sigillum*, id est ad *bullam* qua Regium diploma muniebatur, quaeque figura instar numismatis est, retulerint, Regiumque edictum *συνεκδοχικῶς* sub τῷ νομίματος vocabulo intellexerint?

Suidam ego, Hesychium, Pollucem inter Prologi angustias aversione tantum laudaveram, quin eorum loca ac ne verbum quidem ex iis adducerem, contentus dixisse hos Scriptores de siclo Hebraeorum numismate ad eum fere modum quo Iosephus et Philo disputare <sup>(3)</sup>. D. autem Tychsenius Hesychii, Suidae ac Pollucis *allata à me, ut ait, testimonia, ac libenti animo sibi assumit examinanda, nimirum ut ostendat ea sententiam meam penitus evertere, tantum abest ut eidem faveant* <sup>(4)</sup>: ampullas scilicet; nam ubi ad rem ventum est, nullo eorum Scriptorum loco adducto atque omnino gratis, unum hoc de iis pronuntiat: *Hesychii, Suidae, et Pollucis loca nihil ad rem pertinent; quippe in quibus de siclo tantum ut pondere aut moneta imaginaria agitur, nulla prorsus de adul-*

*Et dederunt edictum Regis procuratoribus Regis. Et in Hebraico: ויתנו את דתו המלך לאחשרפני המלך i. e. Et dederunt leges Regis Satrapis Regis. Vulg. Dederunt autem edicta Regis Satrapis qui erant de conspectu Regis. I. Esdr. VIII. 36.*

(1) Καὶ διὰ τοῦτο τὸ νόμισμα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ. V. *Ethic. v.*

(2) Ap. H. Stephan. in νόμισμα.

(3) Iosephus: Σίγλος νόμισμα Ἑβραίων

ἢ. Philo: Δραχμὰς διακοσίας νομίματος: ad quem fere modum disputant etiam Suidas, Pollux, Hesychius. *Prol. Diss. de num. Hebr. Samar.*

(4) Produce (*inquit*) el Sr. Perez Bayer los testimonios de Josefo, Filon, Hesychio, Suidas, y Pollux. Me detendré (*pergit*) gustoso en examinarlos para hacer ver, que lejos de ser favorables à la opinion de este Sabio la destruyen enteramente. *Ref. Hisp. n. II.*

*terinis Machabaeorum siclis mentione iniecta* <sup>(1)</sup>: quasi vero nisi de siclis à Machabaeis percussis nominatim agerent, non potuissent siclum peculiarem Hebraeorum monetam fuisse edicere. Et quidem ad hunc modum hi Scriptores locuti sunt, quorum loca Latine sistere placuit. Suidas: *Siclus argenteorum numorum quinium* <sup>(2)</sup>; Hesychius: *Siclus numisma Persicum* (al. *Hebraicum*) *octo obolos Atticos valens* <sup>(3)</sup>, Pollux: *Puto autem siglos, quo nomine Xenophon uti consuevit, Barbaricae monetae nomen esse* <sup>(4)</sup>: quibus addesis Epiphanium <sup>(5)</sup>, Procopium <sup>(6)</sup>, Photium <sup>(7)</sup>, alios.

Patres autem qui Phoeniciam scripturam et linguam callebant generatim, id est absque designatione aliqua, allegare, mihi quidem germanae videntur gerrae, perindeque est ac Poëtarum ritu caelum terras maria in alicuius rei confirmationem testes adducere. Ac si definitus saltem in eorum scriptis locus certave sententia, aut concepta et circumscripta verba quaerenda forent, esset fortasse qui intemperanter otio ac literis abutens improbo huic labori se totum devoveret, donec in ea incideret; hìc vero nihil horum quaeritur: Patrum qui Phoeniciam scripturam et linguam nòrunt silentium allegatur; ei vero comprobando primum qui qualesve ù fuerint

(1) Las autoridades (*inquit*) de Hesychio, Suidas, y Pollux tampoco vienen al caso; porque solo hablan del siclo como peso ò moneda imaginaria, sin hacer mencion de los supuestos siclos de los Machabeos. *Ref. Hisp. n. II.*

(2) Σίκλον ἀργυρίων ἐ. *Lex. v. Σίκλον.*

(3) Σίγλον νόμισμα Περσικόν (al. Ε΄βραϊκόν)

κόν) δυνάμενον ὀκτὸ ὀβολοὺς Ἀττικῶς. *Lex. v. Σίγλον.*

(4) Οἶμαι δὲ τοὺς σίγλους ἢ Ξενοφῶν ὄνομα βαρβαρικοῦ νομίσματος εἰπεῖν ἐφυλάξατο. *Lib. IX. c. VI. segm. 83.*

(5) *De pond. et mens.*

(6) *In I. Reg. XIII. Ed. Meursii p. 41.*

(7) *Lex. M. S. v. Στατήρ.*

runt internoscere, deinde eorum scripta à capite ad extremum legere aut percurrere necesse est. Viderit quaeso quam vasto pelago committere nos D. Tychsenius velit!

Ac mihi quidem, ubi Patres qui Phoeniciam scripturam et linguam nôrunt citari intellexi, illico Hieronymus atque ex Afris Tertullianus et Augustinus occurrebant, quod meminissim nonnulla ex eorum scriptis ad Punicam linguam spectantia à Samuele olim Bocharto collecta, et in peculiarem tractatum redacta fuisse <sup>(1)</sup>; neque dubito quin in eundem censum referendi sint Cyprianus, Lactantius, Tychonius, Vigilus, Facundus Hermianensis, alii ex iis praesertim qui littoralem olim Africae oram promontorio Lilybaeo obversam incoluère; cum rustici eius regionis accolae Augustini aevo à Phoenicibus sese oriundos et Chananaeos dicerent, ut Sanctus Doctor alicubi testatur <sup>(2)</sup>; verum cum horum scripta maximam partem polemica et catechetica sint, atque ad eius aevi Concilia ac disciplinam pertineant, quis in iis siclorum numerumque Samariticorum notitiam quaesierit?

Talmudistas denique fallere, ut D. Tychsenius ait, nescientes si quis in eundem finem legerit, bellum otio suo indixisse existimandus est. Et video nihilominus nonnulla apud Relandum <sup>(3)</sup>, Andr. Beyerum <sup>(4)</sup>, Dan. Wulferum <sup>(5)</sup> de hoc argumento ex utroque Talmude mutuata, quae tamen parum ad nos attinent. Nec Talmudis auctores Samariticam scri-

(1) *Geogr. Sacr. lib. II. c. XVI. col. 763.*

(2) *In expos. inchoata Epist. ad Romanos.*

(3) *Diss. v. de num. Sam. pag. 161. seqq.*

(4) *Sicl. sac. et Reg. ap. Vgolin. T. XXVIII. col. 890.*

(5) *Diss. de Siclo, ap. Vgol. T. XXVIII.*

scripturam noverant, ut ex Nachmanide elicitur <sup>(1)</sup>, ac vel si nôssent Israëlis siclos profano, ut putabant, infensissimae sibi Gentis caractere commaculatos evulgari aut per ora hominum incedere ullomodo sivissent: tantum abest ut quicquam de iisdem edituri essent, ut D. Tychsenius existimat <sup>(2)</sup>. Immo mirandum quod ulla siclorum Israëlis mentio apud Iarchium, Nachmanidem, Alaskerum et Azariam exstet.

Quae quamquam ita sint, D. Tychsenius *ex hactenus dictis evidenter deduci*, ait, *nullum exstare Scriptoris Graeci testimonium concludens, in quo siclorum à Simone percussorum mentio fiat; ac neque eandem in Auctoribus Iudaeis XII. priorum saeculorum inveniri, donec Moses Nachmanides, qui saeculo XIII. vixit, alterum descripsit cum ridicula hac epigraphe SICLVS SICLORVM, quae evestigio falsitatem eius declarat* <sup>(3)</sup>. Pulchre, inquam ego, bene, recte! Tanquam ad rem attineat quicquam, aut ex non bene lecta numerorum epigraphe eorum ingenuitas aut *νοθεία* aestimanda aut elicienda esset. Atqui iam pridem illam R. Azarias restituerat, et pro SICLVS SICLORVM, quemadmodum male Cuthaei legerant, reposuit SICLVS ISRAE-

(1) Hanc scripturam (*inquit Nachmanides, Samariticam scilicet, Hebraeis ignotam*) ostenderunt Cuthaeis, qui evestigio eam legerunt; est enim scriptura Hebraea quae adhuc penes Cuthaeos remanet. *Ap. R. Azar. de Rubeis in מאור עינים* pag. 171. ex vers. Hottingeri *Cipp. Hebr.* pag. 124.

(2) Si los Talmudistas (*inquit*) huviesen tenido noticia de los *siclos acuñados*, es imposible que los huviesen pasado en silencio al tiempo que disputaban sobre

*su verdadero peso. Ref. Hisp. n. ix.*

(3) De todo lo dicho hasta aqui (*inquit*) se deduce con evidencia que no hay testimonio alguno terminante de Escritor Griego que hable de los siclos acuñados en tiempo de Simon; ni tampoco se encuentra en los Autores Judios de los doce primeros siglos, hasta que Moises Ben Nachmân, que vivió en el siglo XIII. describió uno con esta ridicula inscripcion *ET SICLO DE LOS SICLOS*, que declara desde luego su falsedad. *Ref. Hisp. n. ix.*

RAELIS, ut in omnibus eius generis siclis legitur <sup>(1)</sup>. Salva res est.

Verum his omissis ego D. Tychsenio et quotquot numerum Hebraeo-Samaritanorum fidei refragantur libenter dero nullam penitus apud Veteres usque ad XIII. Salutis saeculum eorum mentionem exstare, quae viri docti sententia est. Atqui numerum veterum fere omnium qui hodie vulgi teruntur manibus notitia longe quam Hebraeo-Samaritanorum tardior, nec nisi saeculo demum XV. adolescere incipiente ad Europaeos pervenit, ut nōrunt Eruditi omnes <sup>(2)</sup>. Et Romanorum quidem exiguam vix apud Horatium, Digestorum Auctores, atque apud Matthaëum, Prudentium etc. <sup>(3)</sup>; Graecorum autem apud eius Gentis Comicos, itemque apud Horatium, Plautum, Terentium <sup>(4)</sup> mentionem reperias. Macedoniae autem, Syriae atque Aegypti Regum, item Arsacidarum, Armeniae, Cappadociae, Ponti, Bithyniae, Thraciae, Numidiae, Mauritaniae etc. etc. quos heri aut nudius tertius effossos atque in lucem prolatos novimus (ut Turdetanos et Celtibericos, nimirum Baetico-et Bastulo-Phoenicios Graecosque Hispanos quos *incognitos* vocant taceamus) numerum quis unquam veterum Scriptorum meminit? An eos propterea adulterinos recentisve commatis D. Tychsenius eiusque

(1) In **מאור עינים**, *Tract. III. c. 56. l. 27. §. 4.* Matth. XXII. v. 19. al. Prudent.

(2) Vid. Ez. Spanhem. *de praest. et us: Diss. I. §. IV. p. 31.* Cl. Emm. Martinez Pingarron *Hisp. Regi à Bibliotheca, Prol. ad scient. numismat.*

(3) Horat. *Satyrar. II. Sat. III. v. 149.* al... Digest. *Tit. de aur. arg. leg.*

*ωπεισεφ. Hymn. S. Laurent.*  
(4) Aristoph. *passim.* Plaut. *Poenul. Act. III. sc. v. v. 149. Bacchid. Act. II. sc. II. al.. Terent. Andr. Act. II. sc. II. Eunuch. Act. III. sc. II.* Horat. *II. Epist. Ep. I. v. 234.*

que sententiae populares edixerint? Aut unis Hebraeo-Samaritanis, non item aliarum Gentium numis, Veterum de iisdem silentium obesse debeat?

SECUNDO loco nobis D. Tychsenius obiicit: *si siclus re ipsa fuit Hebraeorum numus, minime inscribi debuit characteribus Samaritanorum, qui Hebraeis schismaticorum loco erant.* Hactenus nihil πολυθρύλιτερον in cuius inventione parum D. Tychsenio allaborandum fuit; pergit autem continuo ac de suo adiicit: *Et quidem Iosephus de literis Samaritanis nunquam locutus fuit; idque cum libro III. cap. VII. §. 6. legitimas Hebraicas nominet, quas cum epitheto ἐπιχωρίως distinguit, ut elicitur ex alio eiusdem loco libro XI. cap. VIII. §. 2. in quo peregrinas (Hebraeorum) uxores οὐκ ἐπιχωρίας vocat* (1).

Sursum deorsum versa omnia. Iosephus in priore ex his locis, in quo Iacobi filiorum nomina γραμμασιν ἐπιχωρίως, literis Hebraeorum vernaculis, scripta fuisse ait, his vocibus, γραμμασιν ἐπιχωρίως non Assyriacas, quemadmodum D. Tychsenius existimavit, sed Samariticas literas, Mosis videlicet atque Aaronis aevo Iudaeis usitatas intellexit, easque Hebraeorum linguae vernaculas appellavit deque iis accipi voluit (2): id quod è Philone, Clemente Alexandrino, Hieronymo, Theodore-

to,

(1) Mas: Si el siclo (*inquit*) fue moneda efectiva de los Hebreos, se infiere que no debió tener los caracteres de los Samaritanos que estaban mirados como Cismaticos. Y en efecto Josefo jamas habló de las letras Samaritanas, siendo asi que en el libro III. cap. VII. §. 6. nombra las legitimas Hebreas, que distingue con el adjetivo ἐπιχωρίως, como lo acredita

otro pasage del mismo donde hablando de las mugeres estrañas las llama οὐκ ἐπιχωρίας lib. XI. cap. VIII. §. 2. *Ref. Hisp. n. IV.*

(2) Ἐγγέγραπται δὲ τοῖσι τῶν Ἰακώβου παίδων τὰ ὀνόματα γραμμασιν ἐπιχωρίως γλώσση τῇ ἡμετέρᾳ. *His autem insculpta erant filiorum Iacobi nomina literis vernaculis nostrae linguae.* E vers. Hudsoni lib. III. cap. VII. §. 6.

to, Procopio et aliis Eduardus Bernardus, paulo infra eum Iosephi locum <sup>(1)</sup>, atque apertissime omnium è Photio demonstravit: qui quas Iosephus ἐπιχωρίας id est *vernaculas*, (quales olim Hebraeis fuerant), *peregrinas atque inusitatas literas*, ξένα καὶ παρηλλαγμένα γράμματα vocat <sup>(2)</sup>, Iosephi aevo scilicet. Itaque diversis temporibus eas et *vernaculas*, et *peregrinas* fuisse constat. Quamvis enim Simonis et Machabaeorum tempore Assyriaca scriptura apud Hebraeos iam diu invaluisset ut D. Tychsenius adiicit <sup>(3)</sup>: Aaronis tamen et Mosis aetate, ad quam haec referenda sunt, ac nisi postquam Hebraei Babylonem abducti atque in patriam reversi fuere omnino incognita, in usu saltem eis non fuit. Putamus ne autem tetragrammaton Dei nomen, aureae laminae quae Sacerdotis frontem ambiebat insculptum, et fibulas quae hinc inde Sacerdotalem epomidem vinciebant cum incisus duodecim Iacobi filiorum nominibus incognito prorsus, immo etiam profano alienigenarum Gentium, caractere à Iudaeis inscribi unquam potuisse? Aut Assyriacas in ea hypothesisi literas aureae laminae insculptas à Iosepho patrii cultus, si quis alias, retinentissimo

SA-

(1) Sub init. §. VII. *Accessit demum etc. Ed. Amst. 1726. p. 151.*

(2) Διὸ οὐδὲ γράμμασι τοῖς παρ' αὐτοῖς διεγράφετο. Ξένους δὲ τισὶ καὶ παρηλλαγμένοις γραμμάτων τύποις (nempe Samariticis, aut Graecis ΠΙΠΠ, ut ibi Bernardus adnotat) χαρακτηρίζοντες. *Propter quod neque vulgaribus apud eos literis, sed peregrinis quibusdam et inusitatis literarum formis scribebatur,* (tetragrammaton scilicet Dei

nomen aureae laminae quae Sacerdotis frontem ambiebat insculptum). Photius in *Commentariis recentib. ad Levit. cap. XXIV. 15.*

(3) Ni hay para que detenernos en esto (*inquit*) pues que el mismo Sr. Bayer reconoce pag. 237. (*Tract. de num. Hebr. Samar.*) que en tiempo de los Macabeos ya se habia introducido la escritura quadrada (id est *Assyriaca*). *Ref. Hisp. n. IV.*



SACRAS <sup>(1)</sup>, aut à Hieronymo ANTIQVAS <sup>(2)</sup> alicubi appellandas? Sed neque si Assyriacae literae (nimirum quas Iudaei Babylone didicerant et Machabaeorum aevo vernaculae ipsis fuere; sunt enim qui velint Chaldaeos ante Nabuchodonosorem diverso quodque iam diu exolevisset scripturae genere usos) Mosis et Aaronis aetate inventae iam fuerint satis exploratum est; cum vel ipsi literarum Chaldaicarum patroni ac proinde qui earum originem altius repetunt, à Beli sacerdotibus ex AEGypto in Chaldaeam invectas fuisse asserant; Belum autem Mose et Aarone fere sesquisaeculo recentiore fuisse constet <sup>(3)</sup>. Atque hoc scilicet alterum erat ex iis quae in Germanico D. Tychsenii de numis Samaritanis opusculo desiderabantur; tantaeque molis Auctori visum fuit, ut *Refutationi Hispanicae*, quae tot inter nos tumultus concitavit, scribendae causam praebuerit <sup>(4)</sup>.

Urget tamen continuo, inquiens: *Ad vitandum ingens difficultatis pondus quod illico insurgit, si quis consideret Simonem non debuisse numos cudere iis characteribus inscriptos qui tunc non erant in usu, ait (Bayerius) Simonem hac via nomen suum occultare voluisse, ne sibi attraheret Iudaeorum*

*in-*

(1) Τελαμὼν δ' ἐστὶ χρύσεος, ἧς ἱεροῦς γράμμασι τῆ Θεοῦ τὴν προσηγορίαν ἐπιτετραμμένος ἐστὶ. *Lamina autem aurea est quae SACRIS CHARACTERIBVS Dei nomen incisum habet.* Lib. III. Antiq. c. VII. §. 6. fin.

(2) Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Graecis voluminibus usque hodie ANTIQVIS expressum LITERIS invenimus. *Prol. Gal. in lib. Reg.*

(3) Vid. Auctor *Nat. et script. concord. sect. IV. c. II. seqq.* Hermann. Hug. *de prim. scribend. orig. c. III.* Bochart. *Geogr. sacr. lib. I. c. XV.*

(4) No me huviera ocupado en responder (*inquit*) sino fuese por aprovechar esta ocasion de dar al publico algunas observaciones que faltan en la edicion Alemana de mi obrita. *Ref. Hisp. n. I.*

*invidiam. Pergitque exclamans: Egregium vero subterfugium! An non vidit D. Bayerius Simonem dum proprios numos insolentibus literis inscribit Iudaeorum curiositatem excitaturum, ut eorum significationem exquirerent, tandemque id quod Simon occultum ipsis vellet assequerentur?* (1)

In toto hoc D. Tychsenii ratiocinio Logicen ego et fidem quae scriptorem decet, ita me Deus amet, frustra quaesivi hactenus et vel nunc desidero. Numi Samaritici omnes quo tempore cusi feruntur inusitato quidem tunc Hebraeis caractere inscripti sunt; in iis tamen qui ad primum et secundum principatus Simonis annum pertinent, atque in aliis qui epoche carent eius nomen communibus Samariticis literis expressum frequentissime legitur. Sunt tamen inter eos bini longe rariores, quorum facies altera botrum et circum ipsum Samaritico item vulgari caractere: *Anno primo redemptionis Israël*; altera palmam arborem et circa truncum novem ignotos prorsus *arcanosque* ut conuicimus *characteres* exhibet, quorum sententiam ac ne certam quidem lectionem nemo hactenus assecutus fuit. Exstant utriusque icones, ex archetypis in Regia Matritensi Bibliotheca servatis, accuratissime desumptae in tractatu nostro è regione pagin. 65.

Iam vero è duobus membris quae prior obiecti nobis ratiocinii pars continet, primum, nimirum *Simonem nullo modo*

(1) Pero para esquivar (*inquit*) la gran dificultad que resulta al considerar que Simon no debió acuñar moneda con caracteres que no se usaban, dice, que quiso ocultar su nombre con este medio por no atraherse la envidia (*immo el odio*)

de los Judios. Rara salida! No vió el Sr. Bayer que sirviendose Simon de letras extrañas en su moneda habian de excitar la curiosidad de los Judios para indagar su significacion y llegar à saber lo mismo que les queria ocultar? *Ref. Hisp. n. iv.*

*do debuisse numos cudere iis characteribus inscriptos qui tunc non erant in usu apud Hebraeos*, in omnes generatim numos Samariticis literis inscriptos dirigitur; quippe cum omnes inusitato Hebraeis, quo tempore à Simone percussi sunt caractere, exaratos fuisse constet; posterius vero, nempe *Simonem hac via* (id est *inusitato scripturae genere*) *nomen suum occultare voluisse ne sibi Iudaeorum invidiam conflaret*, ad binos tantum illos numos pertinet, quos nedum inusitato, ut reliqui omnes, sed et arcano prorsusque ignoto caractere in altera eorum facie inscriptos diximus. Atque hinc simplex initio D. Tychsenii thesis in processu variat, planeque diversum scopum ferit. A diversis autem nulla est complexio: quae ad Logicen.

De fide autem, est quod cum D. Tychsenio iure conquerar. Numquam ego ut difficultatem quae ex inusitato apud Hebraeos caractere adversus numerorum Samaritanorum ingenuitatem illico insurgit, aut alii unquam bono, edixi aut protuli Simonem hac via nomen suum occultare voluisse ne sibi Iudaeorum invidiam conflaret; immo econtrario in iis numis qui ad primum et secundum principatus Simonis annum pertinent, atque in iis etiam qui epoche carent, eius nomen communibus Samariticis literis expressum planissime legi. (Videndae Tabulae nostrae I. II. VI.) Quidni autem? An putamus in ea Iudaici populi multitudine, cum nondum à reditu è Babylone in patriam quatuor saecula effluxissent, defuturos qui è veteribus monumentis auro argento aere aut ebore insculptis, sive è scriptis codicibus, aut à maiorum

traduce primigenias Hebraeorum sive Samariticas literas nōs-  
sent atque alte retinerent? Aut si id minus, Samaritanos non  
longe à Hierosolymis dissitos qui eas ut vernaculas legerent?  
De binis tantum iis numis quos novem arcanos ignotosque  
characteres gerere dixi, post varia de horum potestate ac si-  
gnificatu doctorum Virorum placita, meas quidem coniecturas  
exposui, nimirum *eos characteres ad scripturae genus quod  
steganographicum sive arcanum vocant pertinere, inque iis Si-  
monis nomen et principatum Israëlis occultari* (pag. 169.): *Si-  
monem ex quo primum ei principatus à populo delatus fuit, et  
maxime ex quo Iudaeorum opes et potentiam agnovit, de nu-  
mis sub proprio nomine cudendis exemplo finitimorum Syriae at-  
que Aegypti Regum cogitasse. Verum cum non unum sibi dis-  
crimen subeundum fore animadverteret, nimirum à Demetrio  
Nicatori cuius iura violanda erant, atque à Iudaeis fratribus  
quibus in tyrannidis suspicionem venire poterat: alterum generose  
contempsisse, alterum effugere posse existimasse si nomen suum  
arcanis characteribus tegeret* (pag. 172.), atque adeo numos  
*de quibus sermo est* (quosque primi anni siclis et numis coae-  
vos, ac proinde omnium antiquissimos existimo) *quasi ex-  
ploratum praemisisse* (pag. 173.) Haec autem quanti egomet  
facere ostendunt quae iisdem praemisi, nimirum: *Itaque  
meas de his numis deque ignotis eorum characteribus conie-  
cturas plane ac simpliciter exponam, non tam ut eas Lectoribus  
approbem, quam ne post decursum à Viris doctis cum laude sta-  
dium ad metam otiosus sedere videar* (pag. 168. seq.) D. autem  
Tychsenius ut liberius eas impugnaret pro ratis ac firmis the-

sibus habuit. Ac ne tandem, quando tantum in hac re otii contrivimus, posterum Eius erotema *de non animadverso*, ut ait, *à me quod arcani numorum characteres à Simone adhibiti Iudaeorum curiositatem excitaturi essent* cet. praetermissis videar: an non potuit Simon eos characteres numis accommodare quibus versatilis et ambigua, qualis Delphicorum olim oraculorum fuit, sententia contineretur: ut si alter eorum intellectus et lectio, nimirum quae nomen eius praeseferebat, minus Iudaeis probaretur, innocuam aliam quaeque nullum popularibus suis scandalum paritura esset substitueret et sensum alio detorqueret?

Iam vero ut ad causas cur Simon in iis quos cudit siclis numisque Samariticam scripturam, quae iam inde ab Esdrae temporibus vulgaris apud Hebraeos esse desierat, communibus eiusque aevo usitatis Assyriacis literis praetulerit, omissis nonnullorum hariolationibus ac discrepantibus Virorum doctorum sententiis, nimirum *de sacra et profana apud Hebraeos scriptura: de tachygraphicis: de vetustis peculiaribusque Machabaicis literis Hasmonaeorum aevo usitatis*, aliisque bene multis apud Salomonem Deilingium videndis <sup>(1)</sup>; subductis praeterea mecum rationibus quibus singuli opinionem quisque suam firmare satagunt, nulla magis arridet quam insitum Simoni Iudaicae gentis gloriae amplificandae atque ad altiora provehendae studium ubivis in priore Machabaeorum libro occurrens et mirifice commendatum; nulla certe prae reliquis quae vulgo adduci solent causis planior est atque ex-

pe-

(1) *Observ. de re numar. Vet. Hebr.* Ap. Vgolin. *Thes. T. xxviii. col. dccx.*

peditor, minusque difficultatibus obnoxia. Id vero Simonis studium, quâ fieri potest quin aurea illa florentis Hebraeorum Reipublicae et Monarchiae saecula saepius atque identidem eius animo obiiceret, ut si minus antiquum Israëlitici populi splendorem ritusque et mores patrios restituere, priscae saltem ac digito Dei consecratae scripturae ideam Iudaeis fratribus sistere, eandemque siclis numisque insculptam ad extremas Orbis plagas provehere ac diffundere curaret? \*

OBIICIT praeterea D. Tychsenius neque concessae Simoni ab Antiocho cudendae monetae veniae mentionem alicubi à Iosepho iniectam: *Quâ vero fieri potest (inquit) Iosephum, cum libro XIII. (Antiq.) c. VI. §. 6. agat de legibus quae binis prioribus Simonis principatus annis promulgatae fuere, ac praeterea erga Iudaeorum res propensiore animo sit, indictum reliquisse cudendae monetae privilegium, pomposasque siclorum inscriptiones, quando ne insculptam quidem aureae Pontificis bractee epigraphen silentio praeteriit?* (1)

Ha-

(\*) Postquam haec scripseram. In publico Regiae Parisiensis Academiae Inscriptionum et Bonarum Literarum Conssessu mense Maio MDCCCXC. celebrato lectum inter alia narratur opusculum hoc titulo, quem, ut in Novis publicis Matritensibus xxv. Maii eiusdem anni Hispanice typis editum exstat, sistere placuit: *Observaciones sobre varias medallas Samaritanas, por el Abate Barthelemâ: quien intenta probar que debe señalarse un nuevo orden en las series; y que las letras Samaritanas se perpetuaron en las monedas de los Judios hasta el segundo siglo de nuestra Era; dexa para otras Me-*

*morias varias observaciones sobre las medallas de Jonatas y Antigono Reyes de Judea. Quae si vera sunt, et novo hoc exemplo πολυθρημιτων D. Tychsenii et Sectatorum eius adversus num. Samaritic. fidem argumentum funditus concidat necesse est.*

(1) Como es posible que tratando Josefo libro XIII. cap. VI. §. 6. de las leyes promulgadas en los dos primeros años de Simon, y siendo tan afecto à las cosas de los Judios, huviese callado el privilegio de acuñar moneda y las pomposas inscripciones de los siclos, quando vemos que no omitiò ni aun el letrero gravado en la lamina de oro del Pontifice? *Ref. Hisp. n. VIII.*

Hactenus tot fere dixerim lapsus quot verba.

I. Iosephus nec XIII. Antiq. VI. 6. neque alibi uspiam sub caelo, agit egitve de legibus quae binis prioribus Simonis annis promulgatae fuere; ac neque si leges aliquando ad populum tulit atque edidit aliunde constat: ut unde haec D. Tychsenius hauserit aut somniaverit, non facile divinare sit.

II. In hypothesisi tamen, quo pacto inter leges quae primo et secundo principatus Simonis anno promulgatae fuerunt, cudendae monetae veniae meminisse Iosephus posset, cum haec non nisi biennio post (ut D. Tychsenius <sup>(1)</sup> agnoscit) id est anno Sel. CLXXIII. seu Simonis quarto eidem ab Antiocho concessa fuerit?

III. Pomposas siclorum inscriptiones quam temere, immo quam falso D. Tychsenius edixerit, alibi à nobis ostensum.

IV. Auream demum laminam, quod inter ornamenta sacerdotalia summum ac praecipuum erat, quo unquam pacto Iosephus siluisse poterat, qui in sacerdotalium vestium recensione nec aurea tintinnabula, neque intermedia mala punica è zonae quae *Meeîr* sive tunicam cingebat fimbriis alterno ordine pendentia praeteriit? Nisi autem illam insculptum Dei nomen gestasse edixisset, unde nobis hodie de qua lamina locutus fuisset constaret? Sed cur non potius binas fibulas sacerdotalem epomidem hinc inde connectentes, quibus duodecim Iacobi filiorum nomina item inscripta erant, D. Tychsenius, quod

(1) Es positivo (*inquit*) que el falsario (*de las monedas*) empezó à contar los años de la libertad de Jerusalem desde la fecha en que sabia que se despachò el privilegio de Antioco (que es el año 173.

de los Seleucidas). *Ref. Hisp. n. XIV.* Et *n. XV.* El año primero de la libertad de Sion corresponde segun el calculo del monedero al 173. de los Seleucidas: que es la data de dicho privilegio.

quod longe in rem suam praesentius foret, paradigmatis loco assumisit?

In reliquis quae in eodem num. VIII. D. Tychsenius affert vix est ubi pedem figas, nec facile quid demum sibi velit assequâre. Etenim, ut vidimus, hinc ob Iosephi silentium de concessa Simoni ab Antiocho cudendae monetae venia, Machabaeorum historiae testimonio, in qua expressissime legitur, non omnino acquiescere, ac de eius fide subdubitare videtur; inde vero Iosephum quod eius veniae non meminerit veluti excusans, *Iosephus* (inquit) *expresse meminit foederis Antiochi cum Simone initi, atque hoc sufficit* (id est uti ego interpretor, ut vel si Antiochi literas non laudet, concessaeque ab eodem Simoni veniae expresse non meminerit, de ea tamen non omnino tacuisse dicendus sit). *Nam cum illius (Antiochi) literae tantum renovâssent et confirmâssent pacta (Simonis) cum Demetrio conventa, ut habetur I. Machab. III. v. 41. non fuit opus Iosepho eas describere* <sup>(1)</sup>. Atqui in Antiochi foedere longe plura quam in Demetrii continebantur inque iis percussura proprii numismatis. Implexa haec sunt ac supra meum captum.

Quicquid autem de hoc sit illud constat Iosephum clarissimum alias ac diligentissimum Scriptorem plurima ad res Iudaeorum gestas pertinentia ac minime tacenda, aut levissime attigisse aut omnino in Antiquitatum libris praetermisisse,

ni-

(1) Josefo (*inquit*) menciona expresamente la paz ajustada entre Antiocho y Simon, y esto basta; porque como la carta de aquel unicamente renovò ò confirmò la

capitulacion hecha con Demetrio, segun refiere el libro I. de los Macabeos cap. XIII. v. 41. no tenia necesidad de copiarla. *Ref. Hisp. n. VIII.*



nimirum Eliae raptum, Nahamanis Syri lepram Elisaei ope curatam <sup>(1)</sup>: Iudithae, Tobiae, ac probaticae piscinae historias <sup>(2)</sup>: Bethlehemiticorum infantium caedem, vitulum aureum, aliaque permulta in peculiarem tractatum à Ioanne Baptista Ottio relata <sup>(3)</sup>; ac de Simonis etiam rebus non pauca in Machabaeorum libris exstantia, nimirum pugnam, clademque Cendebaeo illatam, renovatum cum Spartiatis foedus minoraque alia; initi autem cum Romanis, quod Simoni ac Iudaeorum genti omnium honestissimum fuit, tribus his verbis, *facta cum Romanis societate* <sup>(4)</sup> historiam absolvit: prorsus ut apud Iosephum gestorum Simonis in principatu idem initium et finis esse videatur; ac proinde Machabaicarum rerum historiae Scriptori nihil propterea detrahendum sit, quod Iosephus concessae ab Antiocho Simoni cudendae monetae veniae non meminerit.

RELIQVA quae in Refutatione Hispanica D. Tychsenius adducit, non iam argumenta sed observationes ac μελετήματα dicenda ac propterea in commodiorem locum reiicienda sunt. Nunc quae praecipue numorum Samariticorum, ut Ipse ait, γνώσιμότητα *debellant*, ex Eius literis Butzovii xvii. Cal. Decembr. MDCCLXXXVII. petenda sunt nimirum:

I. *Iosephi, Patrum et Talmudistarum de his numis altum silentium.*

II. *Characterum, sententiarum et symbolorum mira varietas.*

III.

(1) Alb. Alberthoma ap. Sig. Haver-  
camp. *Praef. Oper. Iosephi* p. 10.

(2) Harduin. *De num. Herodiad.* §.  
v. p. 109.

(3) *Tom. II. Oper. Iosephi Ed. Amst.*  
1726. à p. 305. in *Appendic.*

(4) ὁμοσάμερος καὶ αὐτὸς πρὸς Ῥωμαίους  
συνμαχίας. XIII. Ant. VI. §. 3.

*III. Characterum tam à Phoenicio-Chanaanitica quam à Samaritana scriptura discrepantia.*

*IV. Characterum cum Afro et Hispano-Phoeniciis maior similitudo, quae in expiscanda numerorum origine omnino in censum venit: quum è S. Augustini, Procopii, aliorumque relationibus discimus scripturam linguamque Phoeniciam sua aetate nondum intercidisse, quin potius verisimile esse eam longe post Arabum irruptiones adhuc viguisse.*

*V. Characterum Assyriacorum apud Iudaeos longe ante Simonis tempora usus, et id genus alia.*

Ea vero, si libere philosophandum est, araneorum potius telae quam argumenta dicenda, ac praeclusa ex parte, ex parte longe à proposito aliena ac parum explorata sunt. Et quidem de Iosephi, Patrum et Talmudistarum silentio, de sententiarum et symbolorum quae numi exhibent mirabili varietate, deque recepto longe ante Simonis tempora literarum Assyriacarum apud Iudaeos usu, quae bina sunt priora et postremum omnium ex allatis à D. Tychsenio capitibus, satis antea superque dictum.

*De characterum autem, quibus sicli et numi Samaritici constant, à Phoenicio-Chanaanitica et Samaritana scriptura (nimirum ea quam MSti. codices librique Samaritici typorum formis excusi exhibent) discrepantia, et maiori cum Afro et Hispano-Phoeniciis similitudine, quae ad tertium et quartum ex allatis capitibus spectant, pauca admodum dicenda sunt. Et quidem quod ad Phoenicio-Chanaaniticam scripturam*

spe-

spectat, Samariticae numerum literae (nam in siclis et semi-siclis quadratiores et comtiores sunt, et fere quantum apud nos capitales versuum et priorum nominum à communibus literis discrepant) mihi non tam ab iis quas Tyri et Sidonis numi quasque inscriptio Phoenico-Melitensis gerit distare videntur, quin eadem scripturae indoles, si quis ambas invicem committat pauloque attentius consideret, illico in oculos incurrat. Sed neque à Samaritanis quas MSti. codices atque editi Pentateuchi et peculiaris eius Gentis Chronici libri exhibent, multum absimiles sunt Samariticae numerum literae א Beth, ג Ghímel, ה He, ו Vau, ז Lámed, ח Mem, ט Nun, ק Kof, טו Scin, ut conferenti patebit: quod in exiguo XVII. literarum numero non sine consilio factum unigue et communi omnium origini potius quam casui tribuendum existimo.

De maiori autem Samaritarum cum Afro et Hispano-Phoeniciis similitudine, quod D. Tychsenius subdit, libens illi assentior, modo tamen eam, quod ad Afro-Phoenicias literas spectat, ad illas tantum referat quas numi Carthagine atque in eius olim imperii urbibus ad utramque maris oram promontorio Lilybaeo obversam cusi exhibent; numerum enim literae qui ad Africae mediterranea atque interiora pertinent longe alia ratio est <sup>(1)</sup>: de quibus nos alibi.

De Hispano-Phoeniciis denique literis et maiori earum cum Samariticis affinitate plurima mihi per occasionem dicenda succurrebant, è quibus nonnulla in praesens tempus omittere de-

(1) Vid. Pellerini tab. ad Afr. spectantes T. III. p. 154. m. 15. 16. 17. Velazq. *Ensayo de las moned. descon.*

Nostr. *De lit. et serm. Phoen. pag. 367. praesertim, m. IV. V. VIII.*

decrevi. Interea vero dum inustam à D. Tychsenio Samariticis literis nîl profecto tale merentibus notam ultum eo, liceat mihi Eundem amice rogare, quae è Sancti Augustini, Procopii et aliorum relationibus didicisse addit, nimirum *scripturam linguamque Phoeniciam non penitus eorum aevo intercidisse, immo etiam viguisse post Arabum irruptiones*, quo tandem pertineant, quidve cum numis Samariticis eorumque ingenuitate aut νοθεία, de quibus controversia inter nos erat, commune habeant? Quave ratione Phoenicia scriptura et lingua, diuturniorve utriusque in Africa littorali usus numorum Samariticorum fidei post binas fere annorum chiliadas obesse tandem aut prodesse, numosve Samariticos contingere ullo pacto valeat?

IAM VERO videndum quid de Samariticis literis earumque antiquitate D.Tychsenius sentiat ac pronuntiet: *Bayerius* (inquit) *numorum Samariticorum characteres valde antiquos reputat, inque iis cabalístico quodam commentario illustrandis sese occupat. Edicam verbo. Omnes horum numorum literae nihil aliud sunt quam colluvies sive collectio ridicula è variis alphabetis Orientalibus à Postello, Theseo Ambrosio aliisque allatis conflata; namque aliae Phoeniciis, aliae Coptis, Aethiopicis, Hebraicis similes sunt. Atque hae variationes in unaquaque earum, sive in singulis literis v. g. א. ב. ג. ad oculum patent* <sup>(1)</sup>.

At-

(1) El Señor Bayer (*inquit*) tiene por muy antiguos los caracteres de las medallas Samaritanas ocupandose en ilustrarlas pag. 162. y 237. con una especie de comentario cabalístico. En suma todas las letras de estas monedas no son otra cosa que un complejo ridiculo formado de va-

rios alfabetos Orientales que traen Postello Theseo Ambrosio y otros; porque unas se asemejan à las Fenicias, y otras à las Coptas Ethiopes y Hebreas. Estas variaciones son visibles en una sola letra, v. g. א. ב. ג. *Ref. Hisp. n. XIX.*

Atqui idem Ipse stupendo trium circiter millium annorum saltu *easdem literas Samariticas vetustas Graecorum literas fuisse pari animi levitate atque inconstantia multo ante scripserat*, perinde ac si à Graecis eas mutuatas Samaritani accepissent: quod ego quamquam in D. Tychsenio non legerim, testatum reperi apud Cl. Gabrielem Fabricium in Diatribe Examini Operis Rossiani, cuius locum extra ordinem describere placuit<sup>(1)</sup>. Parum itaque D. Tychsenio fuit siclos numosque Samariticos diffamâsse, nisi Samariticam quoque scripturam omnium certe quotquot sub caelo sunt antiquissimam, atque ut putamus digito Dei consecratam id genus elogiis mactâset!

D. Hieronymus *Samaritanos Pentateuchum Mosis totidem* (atque Hebraei) *litteris scriptitare* ait, *figuris tantum et apicibus discrepantes*<sup>(2)</sup>. Nachmanides saeculi XIII. inclinantis scriptor, pro praecipuo inter Rabbanitas doctore ex merito habitus, atque adeo, testibus Iacobo Basnagio<sup>(3)</sup> et Imm. Aboab<sup>(4)</sup>, *per totam Hispaniam Rabbi aut Magister* κατ' ἐξοχὴν dictus siclum et semisiclum Samariticis characteribus exaratum Accone in Palaestina se vidisse perhibet ac describit<sup>(5)</sup>; alios item RR. Azarias<sup>(6)</sup> et Alasckerus<sup>(7)</sup>. Postellus quoque Samariticos numos

(1) , Ex qua sententia ( *inquit* ) ita à me exposita intelligere par est literas ipsas Samariticas non vetustas modo Graecorum, ut eas minus recte appellat Cl. Olau. Gerhard. Tychsen in *Tentamine de variis Cod. Hebr. Vet. Testam. generibus*, pag. 321. perinde ac si à Graecis eas mutuatas accepissent Samaritani. Gabriel Fabric. *Diatrib. Exam. op. Rossiani Rom. 1782. pag. 237.*

(2) *Prol. Gal. in libr. Reg.*

(3) *Hist. Iud. T. IX. p. 463. Ed. noviss.*

(4) *Nomolog. sive Dissert. Legal. ap. Wolf. Bibl. in eo. T. I. p. 876.*

(5) *In fin. Comment. in Pentat. ap. Ben. Ar. Montan. in Ephron, sive de Siclo.*

(6) In מאור עינים *Lumen oculor. tract. III. c. 56.*

(7) *In respons. n. 74. ap. Villalpand. Appar. T. III. de pond. et num.*

mos Hierosolymis effossos magnique thesauri loco à Iudaeis habitos sibique ostensos asserit, et siclum ad annum secundum libertatis Hierusalem pertinentem rudi quidem calamo sed simplicissime ac verissime depingit <sup>(1)</sup>. An tot iisque oculatis testibus in facti quaestione propterea deneganda est fides quod D. Tychsenio, qui nullum unquam Samariticum numum fortassis hactenus vidit <sup>(2)</sup>, gratis de more ac pro lubricidine placuerit asserere Samariticas literas nihil esse praeter characterum colluviem è variis linguarum Orientalium alphabetis temere conflata?

Praeterea exstant hodieque in Bibliothecis Samaritani Pentateuchi codices Postello ac Theseo Ambrosio longe antiquiores, quorum fundus et scripturae indoles, quamvis ut paulo ante dicebamus in aliquibus literis nonnihil discrepet, eadem plane ac siclorum et maxime Samariticorum numorum est, et facili negotio in unum idemque alphabetum conformanda. Ioannes Morinus alterum describit qui cum primo ad Phineam quendam filium Ithamar Damasci Samaritanorum Sacerdotem magnum pertinuisset, ut in eodem literis iam usu et vetustate attritis legitur, à Rabban postea Ioseph anno Ismaëlitarum DCCLXXXII. seu Christianorum MCCCCIV. quadringentis argenteis coëmtus fuit, ut ibidem eius emtor et servus adnotat <sup>(3)</sup>. Iacobus quoque Vsserius magnis sumtibus anti-  
qua

(1) *Alphab. XII. Ling. in Samar.*

(2) Fortuna nondum adiutus sum (*inquit in lit. ad me XVII. Cal. Dec. MDCLXXXVII.*) ut Iudaeorum Hierosolymitanorum, qui quotannis eleemosynarum colligendarum

causa urbem nostram transeuntes me invisunt interventu et ope numos Samarit. Hierosol. effossos quovis pretio acciperem.

(3) *Exercit. I. Pentat. Samar. pagg. 8. 9.*

qua MSta. Pentateuchi Samaritani exemplaria comparâsse atque ex Oriente in Europam intulisse à Waltonò dicitur <sup>(1)</sup>; nosque etiam ad annum MDCCLIV. Mediolani aliud in Bibliotheca Ambrosiana à Cl. eius Custode Balthasare Oltrochio perbenigne ostensum satisque uti apparebat antiquum vidimus, parum tamen tunc eius aetatem morabamur. Praeterea Iosephus Scaliger Samaritanum Chronicon proprio eius gentis caractere scriptum penes se magnoque in pretio habuit, ut ex eodem Waltonò discimus <sup>(2)</sup>. Novissime autem omnium Cl. Ioannes Bernardus de Rossi Parmensis vir elogio nostro maior Samaritanum, immo tritaplum, Pentateuchi codicem Romae in Bibliotheca Barberina exstantem, qui neglectis annorum minutiis, è Lunarium scilicet et Solarium discrimine enatis, adulto iam Christi saeculo XIII. exaratus fuit supra quam dici potest eximie descripsit, veramque eius epochen inquisivit, atque elicuit <sup>(3)</sup>. An vero characteres horum codicum, et praecipue vetustioris è Morinianis è Postelli ac Thesei Ambrosii alphabetis mutuatos D. Tychselius dicet?

Sed quid argumentis opus est, cum Ipse Samaritarum literarum cum Afro et cum Hispano-Phoeniciis similitudinem ultro agnoscat? An autem eam de nihilo esse putat? Non de nihilo neque aliunde est, nisi quod utriusque eius gentis scriptura genus et originem ad Samariticas literas quasi ad

com-

(1) *Prolegom. XI. de Samar. n. 10.*  
 (2) *Prol. XI. de Samar. n. 10.*  
 (3) *Specim. variar. lection. sacri textus Append. VI. §. VI. p. 180. Romae MDCCLXXXII.* idque ut omittam insignis olim amici, vel dissentientis de S. Lauren-

tii M. patria, Iosephi Blanchinii Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii de Vrbe testimonium: qui in *Evangeliariorum Quadruplici Part. II. post pag. 604.* asserit in Biblioth. Vaticana exstare Pentateuchi Samar. Codic. Barberiniano antiquiorem.

communem parentem referat. Quamvis enim Phoenices peculiare eius regionis literas in universum paene orbem invexerint, ac propterea literarum patres auctoresque passim audiant, eas tamen à Syris vel Assyriis (quod nomen commune etiam <sup>(1)</sup> Hebraeis fuit) mutuo accepisse è Diodoro <sup>(2)</sup>, Plinio <sup>(3)</sup>, Clemente Alexandrino <sup>(4)</sup>, Eusebio <sup>(5)</sup> et aliis discimus. Et quidem credibile est littorali primum Africae ad utrumque Carthaginiensis latus (quae propterea Phoenice Libyca sive Occidentalis <sup>(6)</sup> dicta fuit) ac vicinis insulis ab iisdem illatas, diuque ibidem in usu fuisse, aliquanto tamen deformatas, ut è Carthaginiensium et Leptitanorum numis ac praecipue ex inscriptione Phoenico-Melitensi elicimus; post haec autem in Hispaniam citra et ultra fretum delatas, ut ostendunt plurimi atque elegantissimi aerei atque argentei numi variaeque magnitudinis et ponderis ac mirandae integritatis passim apud nos obvii saltem non rari <sup>(7)</sup>, quorum literae non similes modo sed eadem fere omnino cum Samariticis sunt: id quod in taeniola priori omnium huius tractatus paginae impressa, in qua terni ac terni hinc inde Samaritani et Gaditanorum numi invicem, quod ad literarum formas attinet, conferendi consulto atque accurate incisi conspiciuntur, observare licet; eoque etiam pertinet Decalogi scripturae specimen in fronte operis.

Haec

(1) Σύροι δ' αὖ εἶεν Ἑβραῖοι τὴν γείτονα Φοινίκης οἰκοῦντες. *Praepar. li. x. c. 5.*

(2) Σύροι μὲν εὐρεταὶ γραμμάτων εἰσὶ Παρὰ δὲ τούτων Φοίνικες μαθόντες τοῖς Ἑλλήσι παραδεδώκασιν. *Lib. v. pag. 235.*

(3) Literas semper arbitror Assyrias fuisse. *Lib. vii. c. 56.*

(4) Οἱ δὲ Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα

ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσι. *I. Strom. p. 307.*

(5) Εἰσὶ δὲ οἱ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι λέγουσι πρώτους. *Praepar. lib. x. c. 5.*

(6) Bochart. *Geogr. II. c. XII. fin. col. 746.* è Polyæno.

(7) Vidend. apud Florezium, Velasquium, Lastanosam; atque in nostr. *De lit. et serm. Phoen.*



# ALPHABETVM HEBRAEO-SAMARITANVM

*cum Punico-Baetico e' numis Gaditanis, Canacensibus, Abderitanis quos vidimus archetypos collatum.*

| <i>Hebr. Vulg.</i> | <i>Hebr. Samaritanum.</i> | <i>Punico-Baeticum.</i> |
|--------------------|---------------------------|-------------------------|
| א . Aleph          | 𐤀 𐤁 𐤂 𐤃 𐤄                 | 𐤁 𐤂 𐤃 𐤄                 |
| ב . Beth           | 𐤅 𐤆 𐤇 𐤈                   | 𐤅 𐤆 𐤇 𐤈                 |
| ג . Ghimel         | 𐤉 𐤊                       | 𐤉 𐤊 𐤋                   |
| ד . Daleth         | 𐤌 𐤍                       | 𐤌 𐤍                     |
| ה . He             | 𐤎 𐤏                       | 𐤎 𐤏                     |
| ו . Vau            | 𐤐 𐤑 𐤒 𐤓 𐤔 𐤕               |                         |
| ז . Zain           |                           |                         |
| ח . Cheth          | 𐤖 𐤗 𐤘                     |                         |
| ט . Theth          |                           |                         |
| י . Iod            | 𐤙 𐤚 𐤛 𐤜 𐤝                 |                         |
| כ . Caph           | 𐤞                         |                         |
| ל . Lamed          | 𐤟 𐤠 𐤡 𐤢                   | 𐤟 𐤠 𐤡 𐤢                 |
| מ . Mem            | 𐤣 𐤤 𐤥                     | 𐤣 𐤤 𐤥 𐤦 𐤧               |
| נ . Nun            | 𐤨 𐤩 𐤪 𐤫 𐤬                 | 𐤨 𐤩 𐤪                   |
| ס . Samech         |                           |                         |
| ע . Hain           | 𐤭 𐤮 𐤯 𐤰 𐤱                 | 𐤭 𐤮                     |
| פ . Pe             |                           | 𐤲 𐤳                     |
| צ . Tsade          | 𐤴 𐤵 𐤶 𐤷                   |                         |
| ק . Koph           | 𐤸 𐤹 𐤺 𐤻                   | 𐤸 𐤹 𐤺 𐤻                 |
| ר . Resch          | 𐤼 𐤽                       | 𐤼 𐤽 𐤾                   |
| ש . Scin           | 𐤿 𐁀 𐁁 𐁂                   |                         |
| ת . Tau            | 𐁃                         | 𐁃 𐁄                     |

*J. A. A. in diti*

| Categoría | Descripción | Valor |
|-----------|-------------|-------|
| 1.1.1     | ...         | ...   |
| 1.1.2     | ...         | ...   |
| 1.1.3     | ...         | ...   |
| 1.1.4     | ...         | ...   |
| 1.1.5     | ...         | ...   |
| 1.1.6     | ...         | ...   |
| 1.1.7     | ...         | ...   |
| 1.1.8     | ...         | ...   |
| 1.1.9     | ...         | ...   |
| 1.1.10    | ...         | ...   |
| 1.1.11    | ...         | ...   |
| 1.1.12    | ...         | ...   |
| 1.1.13    | ...         | ...   |
| 1.1.14    | ...         | ...   |
| 1.1.15    | ...         | ...   |
| 1.1.16    | ...         | ...   |
| 1.1.17    | ...         | ...   |
| 1.1.18    | ...         | ...   |
| 1.1.19    | ...         | ...   |
| 1.1.20    | ...         | ...   |

Haec autem si vera sunt, cum aliunde ex Herodoto (1), Philostrato (2), Critia (3) et aliis (4) constet Cadmum primum omnium literas Graecis eatenus incognitas in eam regionem intulisse, communem quoque universi fere antiqui Orbis literaturae originem ad Phoenicum atque adeo ad Samariticas literas referamus necesse est: ut vel ex uno hoc inferre liceat non minus temere atque inconsiderate à D. Tychsenio hodie in *Refutatione Hispanica literarum colluviem undique collectam*, quam olim in *Tentamine vetustas Graecorum literas* appellari, *perinde ac si à Graecis eas mutuatas accepissent Samaritani*.

Verum quando tantum boni otii in his utcumque eventilandis contrivimus, operae pretium me facturum spero si eorum occasione quibus gradibus, qua ratione, quamque propitio Numine sulcatis demum tot fluctibus ac peragrato immenso terrarum ambitu Phoenices proprias, id est Hebraeo-Samariticas, literas in Orbem eorum aetate cognitum atque in ultimam Thulen praecipue vero in Hispaniam nostram invexerint, quam brevissime possim edixero, eademque operâ cunctationi meae in eorum numis explicandis qualecumque interea velum obtendam.

Et quidem ex utriusque Historiae libris discimus Chanaeos à Iosue atque Israëlitis è mediterraneis eorum regionis

op-

(1) Οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀφικόμενοι, τῶν ἔσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἀλλάτε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώραν, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἑλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἔοντα πρὶν Ἑλλήσι, ὥς ἐμοὶ δοκέει *Terpsichore* seu *Lib. v. c. 58*.

(2) Πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα *Lib. II. de vit. Sophistar. in Hadriano*; et in Epi-

stolis: Ζένα καὶ τὰ γράμματα· ἐκ Φοινίκης γὰρ ἦλθεν. In *Μερακίῳ* sive *Deliciis*.

(3) Φοίνικες δ' εὔρον γράμματα ἀλεξίλογα. *Ap. Athenaeum lib. I. c. xxii*.

(4) Zenodoto, Plinio, Lucano, Hesychio, Tacito ap. Bochart. *Geogr. sacr. lib. I. c. xx*.

Q

oppidis atque urbibus ad maritima Tyri, Sidonis, Sareptae, Ptolemaidos etc. compulsos fuisse. Cum autem solum iis alendis non sufficeret immo etiam cum vix eos caperet, diversas terras atque exilia quaerere coactos; eorum autem partem navibus, vicino Libano materiam ministrante, Occidentalem maris oram, cum pyxis nondum inventa esset, circumrasisse, praetervectoque quod Chanaanitidos reliquum erat et superatis Nili ostiis Africam ingressos, ac per Marmaricam, Pentapolin, Cyrenaicam, Syrtes, Tripolitanam et Byzacenam regiones ad Africam proprie dictam pervenisse, in qua Carthaginem, regiam deinde Poenorum imperii sedem, variasque hinc inde urbes, deductas scilicet è Chanaanitide colonias condidère: è quibus ulterius versus Occasum progressos, praeterlecta Numidiae et utriusque Mauritaniae ora ad fretum Herculeum, brevique inde traiectu in Hispaniam et littoralem Baeticae et Bastetaniae plagam appulisse, in qua primum, ut fit, quaestum et mercaturam exercuère, mox cum à rudibus populis benigne habitati atque excepti essent, tuta sibi mercibusque suis loca ibidem construxisse, sensimque ad communia sacra et connubialia iura admissos commixtosque invicem facile indigenis coaluisse, iisque tandem imperitasse: prorsus ut ex mea sententia universa Baeticae littoralis citra et ultra fretum ora, nimirum à Charidemo promontorio ad Anae fluminis ostium, non minus quam Africanae Carthaginis, Poenorum parèret imperio. Videndi de his Mela<sup>(1)</sup>, Sallustius<sup>(2)</sup>, Avienus<sup>(3)</sup>, Solinus<sup>(4)</sup>, quique rem conficere videtur Plinius, cuius

(1) *Lib. II. c. VI. n. 75.*

(2) *Historiar. lib. II.*

(3) *Ora marit. I. v. I 14. et 267. seqq.*

(4) *Mirab. c. XXXV.*

cuius propterea locum extra ordinem placuit adducere <sup>(1)</sup>; atque eodem Horatium respexisse existimo, cum Gadum incolas Poenos alicubi vocat <sup>(2)</sup>. Verum quidquid demum de hoc sit illud constat Phoenicas Poenosve in Baeticae ad utrumque mare oppidis nimirum Gadibus, Canacae, Abderae et fortassis alibi peculiare numos argenteos aereosque patrio caractere inscriptos percussisse, è quibus nonnullos olim vulgavimus <sup>(3)</sup>, quique omnium quotquot sub Sole exstant tutissimum incorruptissimumque ac nulli unquam aevo cessurum eorum in littorali Baetica nominis et potentiae monumentum sunt; legi autem ut hoc obiter moneam Hebraico more sinistrorsum debent, et in Hebraica lingua sententia eorum inquirenda est. Quae ad Occidentalem Phoenicum litteraturam et Samariticas in Hispania literas spectant.

Chananaeorum autem versus Orientem exulum fatum longe dissimile ac proinde literarum quas secum vehebant varia et multiplex fortuna fuit. Primo enim Ciliciam, Pamphi-

(1) *Baetica....* (inquit) *A flumine Ana littore Oceani oppidum Onoba Aesturia cognominatum: Interfluentes Luxia et Vrium, Arenaes montes, Baetis fluvius... mons Calpe. Dein littore interno oppidum Barbesula cum fluvio, item Salduba: oppidum Suel: Malaca cum fluvio, foederatorum. Dein Maenoba cum fluvio, Sexti Firmum cognomine Iulium, Selambina, Abdera. Murgis Baeticae finis. Oram (pergit) eam universam originis Poenorum existimavit M. Agrippa. Lib. III. c. I.*

(2) Latius regnes avidum domando Spiritum, quam si Libyam remotis Gadibus iungas, et VTERQUE POENVS Serviat uni.

*Carmin. lib. II. 2.* Quem locum à nonnullis ad utramque Carthaginem Africanam scilicet et Hispanam referri video; cum haec, quam *Novam* hodie vocant, longissime à Gadibus dissita sit, neque ad Baeticam sed ad sinum Virgitanum pertineat. Horatius autem hoc loco *Libyam Gadibus*, et *Poenum Poeno*, Libycum scilicet Gaditano comparat.

(3) In *De lit. et serm. Phoenic.*

philiam, Lyciam, Cariam et littoralem minoris Asiae oram occiduo Soli obversam, deinde modico ad dextram flexu Ioniam, AEoliam et utramque Phrygiam praeternavigantes ad Hellesponti fauces pervenêre, quin eatenus literae quicquam sinistri expertae fuissent. Postea vero quam Europam appulsi Thraciam, Boeotiam, Hellada ac Peloponnesum pervaserunt, mirum dictu est quot illae quantasque vices ac mutationes subierint <sup>(1)</sup>. Nam primo Phoenices, neglecto sensim patrio veteraque sinistrorsum scribendi more, novum, quem Graeci βουτροφιδόν sive instar boum arantium vocant, alternoque linearum seu versuum nunc sinistrorsum nunc dextrorsum euntium ordine continetur, amplexi sunt; mox et hoc penitus eliminato perpetuum dextrorsum scribendi usum adoptavêre: cui consequens fuit, ut quae primum literae sinistrorsum tendebant dextrorsum exinde peterent, novamque faciem induerent, ut in Sigaea inscriptione apparet <sup>(2)</sup>; haec autem literarum inversio, quamquam servata in reliquis earum

rum

(1) Meminit harum mutationum Herodotus *Terpsich.* c. 58. πρῶτα μὲν τοῖσι (γράμμασι) καὶ ἅπαντες χεῖρονται Φοίνικες μετὰ δὲ, χρόνου προβαίνοντος. ἅμα τῇ φωνῇ, μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων: quo loco ῥυθμὸς non, ut frequentius, *numerum*, sed *situm et positionem* significat. Vid. Interpr. *Ed. Amstel.* 1763. pag. 399.

(2) Ap. Chishull. in *Antiq. Asiaticis* pag. 4. Et in Cypselidarum arca in Iunonis templo olim exstante apud Pausan. *Eliacor. Prior.* v. c. 17. Laërtius quoque *lib. v. init.* Paeanem Hermiae; et Harpocration v. κάτωθεν νόμος, Solonis leges

βουτροφιδόν scriptas fuisse asserunt. De hoc scribendi genere egregie Isidorus Hispalensis noster *Etymol. VI. c. 14.* cuius locum quia in vulgatis, atque in Regio etiam Ioann. Grialii Matritensi MDIC. exemplo, misere depravatum inveni, adducere et restituere placuit: *Versus autem* (inquit) *vulgo vocati, quia sic scribebant Antiqui sicut aratur terra. A sinistra enim ad dextram primum deducebant stilum; deinde convertebantur AD INFERIORA* (in Not. *ibid. pag. 107. col. 2.* nihilo melius: *AD INFERIOREM*: apud Bochartum *Geogr. Sacr. I. c. XX.* Vossium *De Arte Gramm.*

rum figura fieret<sup>(1)</sup>, novam atque insolentem vernaculae Phoenicium scripturae faciem indidit, cum qua tandem et priscam eius

*Gramm. I. XXXIV.* Ingewaldum *Hist. Graec. Ling. pag. 54.* AB INFERIORE, atque ita passim) et rursum ad dextram versus: quos hodieque rustici versus vocant. Legendum igitur omnino AD INTERIORA: quasi dixisset S. Doctor: Ad dextram primum (id est AD EXTERIORA) deducebant stilum; deinde convertebantur AD INTERIORA (sive ad sinistram). Latine enim INTERIOR pro sinistro ac sinistra interdu[m] usurpatur, ut apud Virgilium *AEn. v. v. 170.*

*Radit iter laevum interior.....*

Et v. 202.

*.....dum proram ad saxa suburget Interior.....*

ut merito Valesius *Not. ad Hesych.* in βουτροφιδόν, hoc scripturae genus ἐνδόν (ἐνδότερον) sive interiorius dictum existimet.

(1) Phoenices initio literarum figuras non immutavêre sed ut novo βουτροφιδόν ac dextrorsum scribendi mori inservirent earum facies eatenus sinistrorsum euntes ad dextram convertêre; atque adeo quae litera in vetere sive Hebraico scribendi usu Samariticum sive Phoenicium erat 49, sive beth: eadem inversa Graecanicum esset B, sive beta... quae 7 id est Hebraicum guimel, Graecanicum Γ sive gamma, et sic deinceps; literarum enim situm seu positionem mutari necesse fuit postquam dextrorsum scribi coeptum est. Vide Borchart. *Geogr. Sacr. lib. I. c. xx.* Id tamen perpetuum non fuit; neque enim omnes Phoenicum seu Samariticae literae hanc inversionem ferre commode poterant, unamque ex iis et alteram e. g. τὴν W scin dextrorsum sive sinistrorsum vertas eandem figuram referet, ac propterea eam

sursum invertêre, hoc modo M, ut Latinae atque hodiernae Graecorum literae M figuram illico oculis obiiciat. Atque ea forma in antiquissimis Graecorum numis et inscriptionibus expressam videmus. In Posidionatarum ΠΟΜ. et ΠΟΜΙ. pro ΠΟΣ. et ΠΟΣΙ. (*Magnân Lucan. Numismat. Tab. xx. m. 1. 2. 5.*).. In columna Naniana Veneta, quam ego ad annum MDCCLVI. saepius vidi ac descripsi, ΠΑΙ ΔΙΟΜ pro ΠΑΙ ΔΙΟΣ, *Fili Iovis...* In Mus. March. Maffei *Veron. Illustr. Part. III. c. VII. col. 261.* ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΜ pro ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΣ etc. Novissime autem omnium in tessera hospitali aerea splendidissimi Musei Borgiani Veliternensis, Romae 1789. edita in qua ΘΕΟΜ pro ΘΕΟΣ... ΜΑΟΤΙΜ pro ΣΑΟΤΙΣ etc. Atque ut è Celtibericis seu Graecis nostris exempla petamus in Sargentinis numis quos possidemus elegantissimos atque integerrimos ΙΡΚΟΛΕΣ (non Η'ρακλῆς neque Η'ρακλῆς) ita omnino ΨΧΟΡΛΥΜ. Vid. Cl. Florezius *Medall. de las colon. y munic. de Esp. Part. II. Tab. XL. n. 9...* Item in Saetabensibus, in quibus passim est ΜΡΨ. prior autem litera non Latinorum M. sed Sigma Graecorum est, et initialis eius urbis nomini, reliquae BIT. ut compendiarie legatur ΣBIT, pro ΣΑΙΤΑΒΙΤ... Ac demum (ut mittamus alios, nam in Celtibericis numis id frequentissimum est) in Calagurritanis argenteis rarissimis, item penes nos, in quibus ΓΟΛΜΓΓΣΜ ΓΟΛΓΙΡΣ clarissime legitur; postrema autem omnium litera non Latinum M, sed Graecum sigma est, quod postea verterunt in Σ. et C. quod *falcatum* sive *lunatum* vocavêre.



eius gentis dialectum sive Hebraicam linguam concidisse, atque inde Hellanicam seu Graecanicam è variis dissidentium invicem populorum et insularum sermonibus eorumque commixtione tunc primum emersisse verisimile est. De lingua tamen nihil dicere attinet, modo sciamus novas sive dextrorsum inversas Phoenicum literas per Aegaeum perque Ionii maris insulas brevi in Italiam ad fretum Siculum delatas, indeque per Bruttiorum agrum, Campaniam, Latium, Etruriam, Ligures et littoralem Galliam, in ultimam demum Hesperiam nostram invectas atque ubique per eam lateque disseminatas fuisse: id quod paene innumeri passim apud nos obvii populorum et urbium numi Graecis quidem sed obsoletis atque adeo ignotis characteribus inscripti, inque iis non pauci qui Locorum in quibus percussi fuere nomina utroque sermone Graecisque et Latinis literis expressa gerunt, manifestissime convincunt: quorum ignotae epigraphae dextrorsum legendae atque è Graeca dialecto interpretandae omnino sunt.

Atque ut hoc adiiciam insuper, duabus his basibus ac veluti cardinibus quam diu ego mente agitavi de Turdetanis et Celtibericis, id est de Phoenicum et Graecorum in Hispania numis quos hactenus *Incognitos* iure vocamus explicandis, molem superimponebam spemque et conatus meos utcumque sustentabam; eos autem non irritos neque vanos, modo constanter opus urgeatur, fore certissimis rationibus atque indiis immo plurimis experimentis et exemplis comprobatum habeo, ut suscepti ad hanc diem laboris minime poeniteat.

Quo-





Quoniam autem è Strabone <sup>(1)</sup> atque Ephoro <sup>(2)</sup> discimus Celtas primitus eam Hispaniae partem quae Tagum et Anam fluvios interiacet, plurimaque hinc inde Hispaniae loca ad Gades usque incoluisse; quodque propius nos attinet, Pyrenaeorum submontana occiduo Soli obversa atque utramque Vasconiam occupâsse, inque eam atque adeo in Hispaniam nostram patriam dialectum, quam ad hanc diem indigenae retinent et *Lengua Vascongada* vernacule appellant, invexisse: liceat etiam qui dudum animo meo insidet de eius dialecti origine et progressu scrupulum Eruditis brevissime exponere, nimirum Celticam linguam non minus quam Graecam è Phoenicum atque adeo è Syrorum et Samariticae literaturae fontibus derivari: Graecanicae coevam germanamque immo eandem initio cum illa fuisse, subque eius in Hellade exordia è tot invicem dissidentium populorum atque insularum sermonibus eorumque permixtione enatam; sed alia longe via nimirum per Thraciam et utramque Pannoniam sive per Macedoniam et Illyricum in Germaniam dilapsam et per Septentrionales regiones late propagatam <sup>(3)</sup>;

eo-

(1) Ο' μὲν (Τάγος) ἐπ' εὐθείας εἰς τὴν ἰσπερὶ ἀποδίδασι.. ὁ δ' Ἀνας πρὸς νότον ἐπιστρέφει τὴν μεσοποταμίαν ἀφορίζων, ἣν Κελτοὶ νέμονται τὸ πλεόν· i. e. *Verum (Tagus) recta versus Occasum exit.. Anas versus Meridiem se convertit et interceptam annibus regionem circumscribit quam maiori ex parte Celtae incolunt.* Lib. III. p. 159. Nec dissentiunt Mela lib. III. c. I. et ibid. Is. Vossius *Observat...* Ptolemaeus *Tab. Hisp.* Plinius lib. III. c. I.

(2) Apud Strabon. Lib. IV. p. 199. Ἐφωρος δὲ, ὑπερβάλλουσαν τε τῶ μεγέθει λέγει

τὴν Κελτικὴν ὥστε ἥσπερ νῦν Ἰβερίας καλοῦμαι, ἐκείναις τὰ πλεῖστα προσέμεν μέχρι Γαδείραν· i. e. *Ephorus Celticam ingenti facit magnitudine, quod ii (Celtae) pleraque Hispaniae nunc dictae loca usque ad Gades tenuerint.*

(3) M. Bullêt, Celticam linguam primaevae omnium linguae, scilicet Hebraicae, dialectum esse asserit (*Memoir. sur la Lang. Celtiq. T. I. Part. I. c. III. pag. 5.*) Gratis tamen; aut eadem opera Latinam immo et Hispanicam Gallicamque linguas è primigeniis esse conficiet.

Idem

eoque pertinere quod alicubi Strabo Celtas Thracibus et Illyriis permixtos memoret <sup>(1)</sup> et Graecorum gentem studiosam vocet <sup>(2)</sup>. Eius vero Linguae vectores, qui postea Celtae dicti sunt ac sinistrorsum in Oceanum occiduum versi Galliae Celticae nomen fecêre, non solum eam Galliae partem quam posteri Lugdunensem appellaverunt incoluisse, sed eam quoque quae à Pyrene in Aquitaniam vergens per Tarbellos et Bituriges ad Garumnam usque protenditur, diuque in ea regione constitisse, indeque utrique Vasconiae Ibericae scilicet et Aquitanicae patriam seu Celticam dialectum intulisse (atque utinam et literas secum adduxissent!) <sup>(3)</sup> ne autem irrumperent atque in Hispaniae interiora penetrarent montium obiectu atque adversa Iberorum vi prohibitos initio fuisse existimandum est; postquam autem mutuis praeliis et cladibus afflicti pacem bello praetulerunt facile ad commercium admissi sensimque invicem coniuncti et commixti, communique utriusque gentis, id est *Celtiberorum* nomine appellati deinceps fuere: de quibus alicubi Silius <sup>(4)</sup>

..... *Cetae sociati nomen Iberis.*

Sed ut è diverticulo in viam.

CA-

Idem cap. XIV. pag. 27. Vasconum Aquitanorum linguam Celticae dialectum esse affirmat: de quo Arnold. item Oihenart *Notit. utr. Vascon.* Lib. I. cap. XII. XIII.

(1) *Lib. VII. p. 304.* Τὸς τε Κελτοὺς (inquit) τοὺς ἀναμειγμένους τοῖς τε Θραξί... καὶ τοῖς Ἰλλυριοῖς ἐξεπώρθασε (Boerebistes Geta), id est: *Celtas Thracibus et Illyriis permixtos evastavit.* Et eod. lib. p. 296. Καὶ γὰρ νῦν ἀναμεικταὶ ταῦτα τὰ ἔθνη τοῖς Θραξί... τοῖς δὲ καὶ τὰ Κελτικὰ · id est: nam

*etiamnum permixtae sunt istae gentes Thracibus...iisdemque etiam Celticae.*

(2) *Lib. IV. p. 199.* Φιλέλληνας τε (τοὺς Κελτοὺς) ἀποφάνει ὁ Εὐφορος τοὺς ἀνθρώπους · i. e. *Graecorum autem studiosam gentem Celtas esse testatur Ephorus.*

(3) Celtarum numi inscriptionesve non exstant, saltem ad hanc diem detectae non sunt, vixque scio an huius gentis literas alicubi inveniendi spes supersit aliqua.

(4) *Lib. III. v. 340.*

## CAPVT QVINTVM.

*Varia de eodem argumento ex editis D. Tychsenii  
opusculis et literis.*

**E**XTOLLIT D. Tychsenius versionis Syriacae Machabaeorum historiae fidem prae Arabica, qua in Tractatus mei *De num. Samar.* prologo concessam Simoni ab Antiocho cudendae monetae veniam mirifice confirmari aiebam, ex eo quod (ut ait) *Syriaca versio ex archetypo Hebraici textus fonte, Arabica vero è rivulo, nimirum è Graeca Machabaeorum historiae versione descendat; in illa autem nihil omnino de percussura proprii numismatis, sed tantum de legum ferendarum et iustitiae populo administrandae iure, quod Simon ab Antiocho obtinuit, sermonem haberi* (1) asserit.

Cum autem olim haec scribens inter prologi angustias et typographicas operas nimium quantum premerer, nihil tunc in numerato quod reponerem fuit, nisi quod Syriaca versio (undecumque ad nos venerit) adespota multumque prae Graeca recentior et praeterea singularis sit; econtrario vero Graecam omnium antiquissimam atque Hebraico archetypo textui, quem Hieronymus à se repertum perhibet, coevam; ac praeterea iuvari Arabici interpretis testimonio apud quem

*pro-*

(1) Cita el Sr. Bayer (*inquit*) en su abono la version Arabiga del texto de los Macabeos que menciona el privilegio de acuñar moneda otorgado à Simon. Acerca de lo qual me contentarè con observar, que dicha version se hizo de la Griega; y

que la Syriaca es hija del original Hebreo. Esta, como expuse largamente en mi Disertacion, solo habla del derecho de dar leyes y de administrar justicia que Simon obtuvo del Rey Antioco. *Ref. Hisp. n. x.*

*proprii numismatis percussura* Simoni ab Antiocho concessa totidem atque ipsis verbis atque apud Machabaeos legitur. Ea vero pro re nata paulo nunc otiosius consideranda sunt.

Et primo quidem, priorem Machabaeorum librum, in quo factum de quo agimus continetur, Hebraice ab Auctore scriptum atque à Hieronymo saepius lectum assiduoque usu attritum fuisse <sup>(1)</sup>: prorsus ut Latina eius versio, quam Vulgatam dicimus, non magis ex antiquiore Graeca quam ex Hebraico fonte descendere existimanda sit: id quod etiam mirabilis inter utramque consensio suadet <sup>(2)</sup>; atque adeo vel si Arabicam è Graeca desumptam D. Tychsenio gratis concesserimus, nihil quicquam eiusdem fidei propterea detractum putemus; duplici autem de causa gratis concedendum, cum et gratis asseratur, et alias Arabico (quisquis demum is fuerit) interpreti longe facilius fuisset ex Hebraica quam è Graeca lingua Machabaeorum historiam in Arabicum sermonem transtulisse ob longe maiorem huius cum Hebraica quam cum Graeca lingua affinitatem.

De Arabicae autem versionis verbis وعادن لك ان تصنع ضرب الداراهم *vaádan lechá an tásnah dhárab aldaráhem*, id est: *et permitto tibi ut facias percussuram numismatum*; cum in Prologo è Cl. Ioannis Davidis Michaëlis animadversione notâsem omnino intelligenda esse de numis mallei ictu percussis, ex-

(1) Machabaeorum primum librum (inquit Pral. Gal. in lib. Reg.) Hebraicum reperi.

(2) Versio Graeca: Καὶ ἐπέτρεψάν σοι ποιῆσαι κόμματα ἰδίων νόμισμα τῆ χώρας σου id

est ad literam: *Et permiserunt tibi facere percussuram, proprium numisma regioni tuae.* VULGATA: *Et permitto tibi facere percussuram proprii numismatis in regione tua.* I. Mach. xv. v. 6.

gente id energia verbi ضرب *dhárab*, quod *verberavit*, *icit*, *percussit* Latine valet: unum hoc addendum Lexicographos Eidem uno quasi ore adstipulari, Giggeium <sup>(1)</sup>, Golium <sup>(2)</sup>, Meninskium, qui pro eo Latine vertit *monetam cudit*, et pro ضرب *dhárib*, *verberans*, *monetarius*, *monetae cusor*; ac pro ضربخانه *dharabacháne*, *officina monetaria*, nimirum in qua numi feriundo id est mallei ictu sive, ut Ipse ait Italice loquens, *à percossa*, *botta*, *colpo* fabricantur <sup>(3)</sup>: à qua voce non multum abludere videtur Hispanicum *zarpázo*, quod itidem ictum gravem, validum, Herculeum Latine valet <sup>(4)</sup>. Synonyma autem fere his sunt Graeci textus verba ποιῆσαι κόμμα, id est *facere percussuram*, numismatum scilicet, non legum; quippe quas *non fieri* aut *cudi*, neque qui eas ferunt *factores* aut *cusoras*, sed *latores* et *conditores* dicimus.

Iam vero si Arabica verba ان تصنع ضرب الدراهم *an tásnah*  
*dhá-*

(1) Tom. II. col. 1450. seq. in ضرب

(2) Col. 1408. seq. ضرب et ضارب

(3) Tom. II. col. 3024. et col. 3034. in ضراب; et col. 3035. et 3038.

(4) Atque Hispanicam vocem *zarabanda* sive *çarabanda* ab eadem Arabica voce ضرب *dhárab* descendere existimo. Est autem *zarabanda* vulgaris, id est è plebe hominum, saltationis apud nos genus cuius actores ad mensuram et numeros alterno terram pede quatientes, crebraque manuum complosione, interdum etiam collis invicem cetris ferreisve parmulis ingentem edunt strepitum; atque ex intervallis alter alterum provocantes mutuis sese, sed innocuis ictibus excipiunt. Gallaecis videtur olim frequens.

Silius III. 345.

..... misit Gal-  
laecia pubem,  
Barbara nunc patriis ululantem  
carmina linguis,  
Nunc pedis alterno percussa ver-  
bere terra  
Ad numerum resonas gaudentem  
plaudere cetras.  
Haec requies ludusque viris....

Cantum quoque huic saltationi olim adhibitum fuisse indicat vulgaris item Hispana phrasis, *las coplas de la çarabanda*, pro re nihili. Lexicographis nostris saltatio turpis audit; puto autem turpitudinem, ut fit, eidem postea accessisse.

*dhárab aldaráhem*, ut facias percussuram numismatum de ferendarum legum iuraque populo administrandi potestate, quam Simonem ab Antiocho obtinuisse D. Tychsenius ait, intelligenda essent: quid absurdius quam quod Simon solido post initum principatum Israëlis quadriennio ea potestate caruerit, precariamque demum ab Antiocho acceperit? An non eatenus Simon aequè Israëlis Princeps magnusque Iudaeorum Dux existimandus esset ac tigillum ranis olim à Iove pro rege datum? Si autem, quod superest, voces *proprii numismatis* de rudi metalli pondere, ut saepius alias, hoc etiam loco intelligi debere D. Tychsenius velit: egregiam tunc vero initi optatissimi foederis mercedem Simon ab Antiocho retulisse dicendus esset: nimirum ut eidem rudem argenti massam ad certum ac lege definitum pondus exaequare liceret, id quod cuivis è populo in privatis aedibus et sub angusto lare facere permissum erat.

NVMERO XI. Neganti D. Tychsenio signatam apud Iudaeos monetam unquam exstitisse, numos ego siclosque Samariticos exhibui, nimirum ut falsum Eius assertum esse ostenderem. Is vero numos adulterinos illico edixit absque teste tamen ac probatione aliqua. Cum autem id gratis ac pro arbitrio affirmari Eidem obiicerem, respondet: *ei qui negat nullam* (in iudiciis) *probationem incumbere; meque*, qui numorum falsitatem probandi onus in Ipsum, ut ait, reieci, *graviter in Dialecticorum regulas impegisse; neque semel eadem oberrasse chorda; quippe qui ad probandum Iudaeos reipsa monetam cudisse Simonis siclos* (nimirum eos de quibus inter nos lis est) *quasi testes*  
ad-

*adhibuerim: id quod principium petere est, sive ut in Scholis loquuntur: Respondere per quaestionem* <sup>(1)</sup>.

Ego vero siclos numosque Hebraicos Samariticis literis et Simonis nomine, atque etiam Israëlis, Hierosolymorum et Sionis nominibus inscriptos protuli: nimirum eos qui nusquam sub caelo exstare aut exstitisse à D. Tychsenio dicebantur. Quos autem, quaeso, in mei asserti comprobationem nisi de quibus quaerebatur adducerem? An Romanos Graecosve, aut eos potius quos inter refixos clavos strigilesque ac dimidiatas equorum soleas cum Abrahami et Sarae, cum Isaci ac Rebeccaë cumque Mosis Cornuti iconibus pube tenus expressis in scrutariorum reculis passim prostare novimus? Atqui postquam priores illos, utut de iis lis inter nos sit, protulimus, D. Tychsenii partes esse videbantur eorum falsitatem edocere. Arsenium olim Ariani ab Athanasio interfectum vulgaverant. Sistitur is Concilio vivens. Iam exinde ad Arianos pertinuit verusne an subdititius is Arsenius esset internoscere. Peccavitne autem Arsenius Concilio se sistens in petitione principii contra Dialecticae regulas? Ridicula haec sunt. Sed neque si quid unquam de probandi onere, quod alterum è D. Tychsenii obiectis erat, mihi hactenus in mentem venit, aut si verbum de hoc alicubi excidit satis memini;

nec

(1) Es tambien (*inquit*) muy digno de reparo que negando Yo la existencia de la moneda acuñada en la Republica Judaica, me diga el Sr. Bayer, que esta es una suposicion, y que no alego prueba alguna de ella: en lo que ha pecado gravemente contra las reglas de la Dialectica; pues siendo Yo el que niega, no es

à mi à quien toca el hacer la prueba. Ha pecado segunda vez contra las mismas reglas produciendo los siclos de Simon (sobre los cuales disputamos) para acreditar que los Judios acuñaban moneda. Esto es lo que llaman en las Escuelas: *Responder por la question. Refut. Hispan. n. XI.*

nec locum quaerere vacat aut in his diutius immorari.

NVMERO XII. ac tribus sequentibus examinat D. Tychsenius argumentum quod in Prologo pro numorum Samariticorum ingenuitate adduxeram, nimirum *Antiochi ad Simonem literas quibus ei proprii numismatis percussuram permisit, exeunte Seleucidarum anno CLXXIII. et fortasse sub anni sequentis initium obsignatas fuisse; ac proinde qui ab impostoribus secundum eas literas percutiendi essent numi, eundem aut sequentes principatus Simonis annos exhibere omnino debuisse; cum econtrario quotquot exstant numi Samaritici cum expressa epoche Seleucidarum annum CLXXIII. et Antiochi literas antevertant.*

Huic argumento ut D. Tychsenius respondeat primum omnium statuit *numorum pseudoplastam numerare omnino coepisse annos libertatis Hierosolymorum à Seleucidarum CLXXIII. in quo Antiochi privilegium obsignatum fuisse noverat; neque ante eam epochen potuisse aut debuisse liberam reputare Sionis arcem: id quod nonnullis exemplis, mirum quantum à proposito alienis, confirmare nititur* <sup>(1)</sup>. Cum autem Simonis numi quatuor tantum expressis annis contineantur, elicit inde eorum pseudoplastam *quem pridem in assignanda ipsorum epoche nonnihil humani passum suspicatus pridem fuerat* <sup>(2)</sup>, non modo non à scopo vel in re minima deflexisse, sed potius econ-

(1) Es positivo (*inquit*) que el falsario empezó à contar los años de la libertad de Jerusalem desde la fecha en que sabia que se despachò el Privilegio de Antioco ( que es el año 173. de los Seleucidas) ni pudo ni debió reputar por li-

bre à Sion antes de la referida epoca. Esto se hará manifesto con exemplares &c. *Ref. Hisp. n. XIV.*

(2) En primer lugar (*ait*) pudiera responder que el falsario se equivocò en la epoca expresada en sus monedas. *Ref. Hisp. n. XIII.*



econtrario admodum apposite quatuor annos in iis numis expressos Machabaeorum historiae accommodâsse, idque sibi pro virili ostendendum assumit <sup>(1)</sup>; ac primo quidem ex uno eoque levissimo numorum quos adulterinos existimat indicio conficere sibi videtur, *quatuor quos numi continent annos, non esse, quemadmodum hactenus vulgo creditum fuit, qui à delato Simoni Israëlîs principatu, nimirum à Seleucidarum anno CLXX. ac deinceps ad CLXXIII. sed qui à concessa eidem ab Antiocho numorum cudendorum venia, sive à CLXXIII. usque ad Simonis mortem effluxere: ut primus libertatis Sionis annus in numis expressus ex pseudoplastae calculo respondeat Seleucidarum CLXXIII. in quo Antiochi privilegium obsignatum fuit; deinde: hanc veram causam esse cur ultra annum quartum, in quo nempe Simon obiit, percussi numi non exstent* <sup>(2)</sup>.

Mirum autem quantum novum hoc paradoxum D. Tychsenio arrideat, quasi veram Is causam cur ultra quartum Simonis annum Samaritici numi non exstent, tot viris doctis inani hactenus labore quaesitam, primus omnium invenerit atque è Borealibus regionibus Hesperiae ultimae vulgari Gentis nostrae sermone editam, et in Togatorum, Negotiatorum-  
que

(1) Harè ver (*inquit*) que el Inventor de las monedas muy lejos de padecer equivocacion ajustò los años con mucho tino à lo que se lee en la historia de los Macabeos. *Ref. Hisp. n. XIII.*

(2) Lo que convence (*inquit*) que esta fue la idea del falsario (*inscribendae scilicet numis epoches non à delato Simoni principatu, sed à concessa eidem ab Antiocho diplomate*) es que solo expresó

en sus monedas los quatro años que corrieron desde la fecha del supuesto privilegio de Antiocho hasta la muerte de Simon: de modo que el año primero de la libertad de Sion corresponde segun el calculo del monedero al 173. de los Seleucidas, que es la data de dicho privilegio. Esta es (*pergit*) la verdadera causa porque no se hallan monedas acuñadas pasado el quarto año en que murió Simon. *Ref. Hisp. n. xv.*

que Matritensium atriis et circulis cuiusvis è populo legendam (quod unum Hispanis deerat ad fortunarum cumulum) intulerit, eoque munere universam sibi Hispaniam demeruerit. Parum tamen hoc est, cum nemini non sua satis placeant: *obcaecatos qui his ridiculis numis favent, proprioque systemati deditos nihil horum quae alias cuiusvis, modo animo à praeiudiciis vacuo sit, illico occurrunt observâsse* <sup>(1)</sup> addit; immo etiam qui cum Bayerio primum horum numorum annum ad centesimum septuagesimum Seleucidarum PRO LVBIDINE (iteratque alio caractere τὸ PRO LVBIDINE, quoniam nec in Iosepho neque apud Machabaeos indicium quod huic cessationi causam dedisse posset ullum exstare ait) referunt, nimium impeditos in reddenda huius rei ratione fore <sup>(2)</sup> asserit.

Haerebam equidem cum haec apud D. Tychsenium legerem, saliebatque interdum animus quasi ad iram pronior, sed bona utriusque nostrum fortunâ purgaveram paulo ante, ut soleo, bilem omnem sub horam verni temporis, bisque terque iecur num intumesceret expertus frustra tentavi ac momento irasci velle desii, defixus videlicet in contemplanda Viri alias non vulgariter docti stupenda in hoc litis articulo levitate de qua mox; interea tamen, ne quis de hoc hae-

(1) Los defensores (*inquit*) de estas ridiculas monedas cegados con el sistema que siguen no han hecho esta observacion que se presenta desde luego al que no està preocupado; y asi se quiebran la cabeza en averiguar la razon, porque no se encuentran pasados los quatro primeros años de Simon. *Ref. Hisp. n. xv.*

(2) En efecto (*inquit*) es preciso que

se hallen muy embarazados en señalar la causa de esta suspension los que con el Sr. Bayer quieren reducir arbitrariamente el primer año de dichas monedas al 170. de los Seleucidas: digo *ARBITRARIAMENTE*, porque ni en Josefo ni en los Macabeos se halla indicio alguno en que pueda fundarse tal suposicion. *Ref. Hisp. n. xv.*

haereat, causam cur Simon ultra annum quartum numos non cuderit, si non certam (neque enim scire fas est omnia), saltem non improbabilem hoc loco repetere necessarium duxi, nimirum, *ne alienatum ab eo praepotentis Antiochi Regis animum amplius irritaret spemque omnem recuperandae cum eo pacis amitteret.*

Iam vero ostendere in novo hoc D. Tychsenii paradoxo (quod alterum ex iis est quae in Germanico Eiusdem de numis Samaritanis opere praetermissa ab Ipso dicuntur) plurima parum explorata, incerta et Machabaicae historiae adversantia contineri; immo vix quicquam eidem inesse praeter hariolationes atque aegri somnia, noster hic labor, nostra sollicitudo erit; id autem fiet illustrius si D. Tychsenio interea dederimus siclos numosque de quibus lis est adulterinos ac recentis commatis in universum esse: quo posito.

Primum omnium D. Tychsenius, ut paulo ante diximus, statuit: *indubium esse numorum pseudoplastam computare in iis coepisse annos libertatis Hierosolymorum ab epoche in qua noverat Antiochi privilegium obsignatum fuisse, nimirum à Seleucidarum anno CLXXIII.* <sup>(1)</sup>; *hanc autem pseudoplastae mentem fuisse ex hoc uno confici (ait) quod in numis quatuor tantum annos expresserit; subdit autem de suo: nimirum qui effluxere ab obsignato Antiochi privilegio ad Simonis mortem* <sup>(2)</sup>: è quibus prius illud non modo non indubium, sed gratis as-

(1) Es positivo (*inquit*) que el falsario &c. *ut supr.*

(2) Lo que convence (*inquit*) que esta fue la idea del falsario, es que solo

expresò en sus monedas los quatro años que corrieron desde la fecha del supuesto privilegio de Antiocho hasta la muerte de Simon. *Ref. Hisp. n. xv.*

seritur meraque D. Tychsenii divinatio est; neque è posteriore, *id est ex eo quod impostor quatuor tantum annos in numis expresserit* conficitur, ut Idem autumat. Etenim cum re ipsa à delato Simoni Pontificatu ad concessam eidem ab Antiocho cudendae monetae veniam, id est à Seleucidarum anno CLXX. ad CLXXIII. quatuor hinc anni; à concessa autem venia usque ad Simonis mortem totidem inde (quemadmodum D. Tychsenius, falso ut mox dicemus, existimat) effluxerint: utrum impostor cum numos effinxit eisque anni notam insculpsit prioris an posterioris quadriennii annos numeraverit atque in mente habuerit incertum prorsus atque inextricabile est; neque ex eo *quod quatuor tantum annos in numis expresserit* (cum vage atque indefinite id faciat) elici ullo modo potest ad posterius Simonis quadriennium annos in iis notatos retulisse; ac propterea non minus divinatorium esse quod D. Tychsenius de suo addit, nimirum *quatuor annos quos Samaritici numi exhibent, esse qui à concessa Simoni ab Antiocho venia usque ad illius mortem effluxere.*

Quid quòd non lubricae modo omnique prorsus fundamento destitutae coniecturae, immo uni quae nusquam fortasse sub caelo nisi in mente D. Tychsenii exstitit impostoris cogitationi, veram, ut Ipse iactat, causam cur ultra annum quartum Samaritici numi non exstent superstruit: quòd è phantasticis falsisque, ut passim eos appellat numos, veritatem elicuisse existimat, cum è falso verum sequi nequeat atque ex nihilo nihil fiat: quòd Iosephi et Machabaicae historiae fidem pseudoplastarum Germanorum et Italorum, humani scilicet

ge-

generis ut Ipse existimat propudii deliramentis, posthabet atque ex illorum somniis pendere facit; quodque omnium caput est, quòd supra quam dici potest falso, nullum in Iosepho aut in Machabaeorum libris indicium exstare ait, cuius intuitu numerorum Samariticorum epoche à delato Simoni Israëlìs principatu auspìcanda sit, ut modo dicemus.

Sed quid si à concessa Simoni ab Antiocho cudendae monetae venia usque ad illius mortem non quadriennium tantum, sed solidum, atque eo amplius, quinquennium effluxisset? En novum D. Tychsenii paradoxum instar aedicularum quas colludentes pueri è iuncis paleisve tumultuario sibi opere construunt levi talitro funditus eversum. Age vero, num ita res habeat videamus. Iosephus Simonem *solidos octo annos*, ὀκτὼ τὰ πάντα ἔτη, in Iudaea regnasse ait <sup>(1)</sup>. Vsserius qui tempora ad lancem exacte libravit, Simonis vitam et Pontificatum è Machabaica historia ad annos octo ac tres circiter menses protrahit <sup>(2)</sup>. Et quidem Simonem una cum Mathathia et Iuda filiis exeunte Seleucidarum anno CLXXVII. nimirum undecimo eius mense Sabbath (*Januario*) in Hierichunta descendisse in Machabaeorum libris legimus <sup>(3)</sup>, ut paene iam anni CLXXVIII. initium attigerit.

Ve-

(1) *Antiq.* XIII. VII. 4. Latinus interpretès reddit: *octo in univèrsùm annos*; sed pro *in univèrsùm*, reddendum: *solidos, totos*: quemadmodum apud Thucydidem lib. II. §. 102. Στάλκῃς μείας τριάκοντα τὰς πάσας ἡμέρας, id est *triginta totos dies*. Et lib. I. §. 60. Ἐξακοσίους καὶ χίλιους τοὺς πάσας ἡμέρας: *omnes gravis arma-*

*turae milites*; atque item alibi.

(2) Nos (*inquit*) post mortem fratris Ionathanis per annos octo et menses tres circiter summo Pontificatu functum (*Simonem*) fuisse ex Machabaica historia colligimus. *Annal. ad ann. Mund. 3869*. Confirmat Euseb. *Chron. pag. 147. seq.*

(3) *I. Mach. XVI. v. 14.*

Verum vel si solidos octo annos neglectis mensium minutiis Simonem Pontificatum tenuisse dicimus, eius mortem ad annum demum Sel. CLXXVIII. referamus necesse est; ac proinde à concessa ipsi ab Antiocho venia ad eiusdem mortem quinquennium solidum ac fortasse sexennium effluxit; nam si primus in numis expressus annus è D. Tychsenii paradoxo est Sel. CLXXIII. quartus et postremus eorum incidet omnino in CLXXVI. atque adeo ad CLXXVIII. cui immortuum Simonem diximus, biennium adhuc deesse liquet.

Falso igitur D. Tychsenius asserit Simonem anno quarto à concessa eidem ab Antiocho venia seu, quod eodem recidit, anno CLXXVI. mortuum fuisse <sup>(1)</sup>, cum biennium aut saltem sesquiannum supervixerit; falsissima autem sunt quae huic errori superstruit, nimirum Simonis mortem veram esse causam cur ultra annum quartum Samaritici numi non exstent: pseudoplastam in assignanda numorum epoche ab anno Sel. CLXXIII. in quo Antiochi privilegium obsignatum fuisse noverat, non modo nihil humani passum, quin potius apposite admodum (*con mucho tino*, quasi rem acu tetigisset) numorum annos Machabaeorum historiae accommodasse; ruitque alto à culmine splendidum ac plane divinum D. Tychsenii paradoxum. Atque haec de numis; siclos autem et semi-siclos, quos annum secundum (sive Sel. CLXXIV. ex pseudoplastae calculo) nunquam praetergressos novimus, an ideo tertii et

(1) Los quatro años (*inquit*) que corrieron desde la fecha del supuesto privilegio de Antioco hasta la muerte de Simon...porque no se hallan monedas acu-

ñadas pasado el quarto año en que murió Simon... no son los quatro años primeros del gobierno sino los quatro ultimos de su vida. *Ref. Hisp. n. xv.*

et quarti Simonis anni non exstare D. Tychsenius dixerit, quod is morte praeventus fuisset? Piget taedetque cum his larvis congregari.

Sed illud videndum restat num in Iosepho et in Machabaeorum libris quicquam insit ex quo elici possit *primum libertatis Hierusalem et Israëlis annum in Samariticis numis expressum, eundem esse Seleucidarum CENTESIMVM SEPTVAGESIMVM*: quando id ARBITRARIE, id est gratis à nobis affirmari gratissime ut ita loquar quodque caput est falsissime (1) D. Tychsenius asserit. Et Iosephus quidem *Simonem postquam Pontifex constitutus fuit PRIMO SVI PONTIFICATVS ANNO populum à servitute Macedonum liberâsse, ait; hanc autem libertatem (Iudaeos) nactos fuisse POST ANNUM SEPTVAGESIMVM ET CENTESIMVM REGNI ASSYRIORVM* (2); Machabaicae autem historiae Scriptor: *ANNO CENTESIMO SEPTVAGESIMO ablatum est iugum Gentium ab Israël; et coepit populus Israël scribere in tabulis et gestis publicis ANNO PRIMO SVB SIMONE summo Sacerdote magno duce et principe Iudaeorum* (3). Et alibi: *Octava decima die mensis Elûl (Augusti) ANNO CENTESIMO SEPTVAGESIMO SECVNDO, ANNO TERTIO SVB SIMONE Sacerdote magno in Asaramêl* (4). Haec commentario non indigent.

NVM.

(1) Los que con el Sr. Bayer quieren reducir arbitrariamente el primer año de dichas monedas al 170. de los Seleucidas: digo ARBITRARIAMENTE, porque ni en Josefo, ni en los Macabeos se halla indicio alguno, en que pueda fundarse tal suposición. *Ref. Hisp. n. xv. fin.*

(2) Σίμων δὲ κατασταθεὶς ἀρχιερεὺς τῷ πρώτῳ τῆς ἀρχιεροσύνης ἔτει τῆς ὑπὸ μακεδόσι δουλείας τὸν λαὸν ἠλευθέρωσεν :: ἡ δὲ ἐλευθερία Ἰουδαίῳ μετὰ ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας etc. *Antiq. XIII. c. VI. n. 6.*

(3) *I. Mach. XIII. vv. 41. 42.*

(4) *I. Mach. XIV. v. 27.*

NVM. XVI. et XVII. Cum in Prologo *De num. Samar.* D. Tychsenium rogaverim *quis numorum pseudoplastas iustum siclorum pondus, aptissima symbola, exactam Historiae et Chronologiae rationem, statas Hebraeorum solemnitates earumque ritus* cet. cet. quae in siclis numisque ad amussim expressa et constantissime observata novimus edocere potuerit: pseudoplastarum litem quodammodo suam facere, putidissimisque exemplis et interrogatiunculis, quae nescio quo pacto chartae doctorum iudicium subiturae sustineant, illorum apologiam contexere videtur. Pudet ea describere, describenda tamen ut nôrint qui haec legerint quibus demum epulis D. Tychsenius delectetur. Quid quòd me, quem perpetuum mendaciorum Granatensium à prima statim eorum abortione maleum fuisse constat, cum eorum auctoribus confundit commiscetque, dubium relinquens an turpissimo eorum gregi adnumerandus sim. Novit autem optime D. Tychsenius quantum hae narratiunculae atque exempla captandae multitudini demulcendisque imperitorum auribus opportuna sint <sup>(1)</sup>.

NVM. XVIII. ac duobus sequentibus *de portentosa figurarum quas numi exhibent varietate: de collecta undique literarum*

(1) Pregunta el Sr. Bayer, quien pudo enseñar à los falsarios &c. (*Respondet autem*): Por ventura ignora el Sr. Bayer que los monederos falsos, como ya hemos dicho, tienen las noticias suficientes para fingir con apariencias de verdad? Quando este Caballero entendió en las falsas inscripciones de Granada, pudo muy bien conocer que sus inventores no eran del todo ignorantes. Los impostores que se

dedicaron à fingir pudieron leer facilmente la historia de los Macabeos, y ajustar el peso de los siclos à lo que Josefo dice del imaginario. *Ref. Hisp. nm. XVI. XVII.. Et n. XIII.* Aunque los monederos falsos (*inquit*) estan dotados de un caudal suficiente de erudicion para exercer su oficio, padecen con todo ciertos descuidos que no se ocultan à la perspicacia de los doctos.

*rum*



*rum Samar. colluvie: de numorum mirabili copia intra quadrien-  
nii angustias, deque aliis nihili: de quibus sat superque alibi.*

NVM. XXI. Ignorare se D. Tychsenius ait *cui bono quemve  
in scopum siclos quadratis sive Assyriacis characteribus inscri-  
ptos ridiculos ac spernendos dixerim; lepidum autem est quod  
subdit, nimirum: Hoc item ego praedixeram, ac proinde nil  
erat opus ut nobis Bayerius inculcaret* <sup>(1)</sup>. Esto. Sed an non  
idem Spanhemius, Loydus, Deilingius, Relandus, Ottius,  
Toinardus, Soucietus, Froëlichius, et quis non post Con-  
ringium, longe ante D. Tychsenium praedixêre? Cur igitur  
invideor? Neque ultro id à me factum. Commiseram in ope-  
ris mei prologo germanos et antiquos Hebraeorum numos  
cum iis qui vulgaribus quadratis Assyriacis literis inscripti  
sunt; hos autem ea occasione *putidas nugas et stultum ineptia-  
rum laborem* (nihil amplius) *esse dixi; nisi autem eos nomi-  
nâsem nulla futura esset comparatio.*

NVM. XXII. Impugnat D. Tychsenius quae de literarum  
Samariticarum apud Hebraeos abolitione in Prologo scripse-  
ram nimirum: *Neque enim Esdras primigenias Hebraeorum  
litteras à sacris libris exulare iussit Samaritanorum odio, ut  
nonnullis placuisse video, aut ne Iudaei Samaritanis commisce-  
rentur; sed ideo factum quia eae literae sensim obsolescere, at-  
que ex Hebraeorum memoria elabi coeperunt, ex quo primum  
populus in Babylonem traductus fuit, quem post LXX. annos re-  
du-*

(1) Ignoro (*inquit*) à què proposito  
dice el Sr. Bayer que los siclos con caracte-  
res cuadrados, que, como Yo confieso,  
se conocieron en la antigüedad, son ri-

diculos y despreciables. Esto tambien lo  
he dicho Yo, y no habia necesidad de  
que el Sr. Bayer nos lo repitiese. *Refut.  
Hisp. n. XXI.*

*ducem et Chaldaeorum literis assuetum non adeo facile erat ad patriam scripturam revocare : ea vero meram esse ait fabulam ab Ipso in Germanica de numis Samaritanis Dissertatione refutatam : quae ad postremum asserti mei membrum de literarum apud Hebraeos desuetudine pertinere existimo ; pergit enim : Et vero pro raro admodum et singulari habendum foret Iudaeos qui post bis mille circiter annorum dispersionem Hebraicam adhuc scripturam retinent , modico LXX. annorum spatio literarum Samaritarum penitus oblitos fuisse (1).*

Pro cuius difficultatis solutione notandum captivitatem Babyloniam, utut brevior Aegyptiaca, longe tamen prae hac durior et gravior fuisse, in qua nimirum Hebraeorum populus tributim ac per familias coquendis lateribus in privatis aedibus tuguriisque occupatus, cetera liber atque immunis fuit; Babylone vero viritim atque in capita divisus dispersusque privatis quisque dominis prout sors eis obtulerat inserviebat, neque peculiaria habebat loca in quibus per Sabbatha sacri libri legerentur neomeniasque ac solemnes dies ageret: quo factum ut patresfamilias vix sibi atque aerumnosae vitae utcumque tolerandae sufficerent, parumque de liberis in patriis, id est Samariticis literis instruendis curarent; quodque huic consequens erat, ut ii vulgari Assyriacae scripturae

sen-

(1) Por lo que mira (*inquit*) à la abolición de las letras Samaritanas pretende el Sr. Bayer, que Esdras no las suprimió por odio que tuviese à los Samaritanos, sino que los Judios las fueron olvidando en su cautividad. Esta (*pergit*) es una mera fábula que tengo refutada en mi Diserta-

cion. A la verdad podría tenerse por cosa muy singular que en el espacio de 70. años hubiesen los Judios perdido el uso de los caracteres Samaritanos, quando vemos que hallandose dispersos cerca de dos mil años, no han podido olvidar la escritura Hebrea. *Ref. Hisp. n. xxii.*

sensim assuefierent. Atque hanc rationem vulgo Interpretes reddunt, cur post longe diuturnius prae Babylonico apud Aegyptios exilium Hebraei patriam scripturam retinuerint; eaque huic loco accommodari potest. Verum mihi undecumque id evenerit perinde est; cum nihil haec ad rem nostram id est ad siclorum numorumque Samaritanorum ingenuitatem aut νοθείαν faciant. Sub Christianis autem Principibus Hebraeos benignius habitos fuisse constat, ut minus mirandum sit quod non scripturam modo sed veteris quoque Legis ritus moresque patrios in iudicialibus et politicis, immo etiam in iis quae ad religiosum eorum cultum spectant, vel post tot saeculorum cursum in hanc usque diem retineant.

NVM. XXIII. Postellum qui numismata argentea Samaritanicis literis inscripta Hierosolymis apud Iudaeos se vidisse perhibet, è quibus alterum cum ne duobus quidem aureis redimere potuisset rudi ut potuit calamo adumbravit <sup>(1)</sup>, *ut nimis credulum traducit, eique in facti negotio falsi crimen imputat*, subdens *Bayeriana numismata non aliunde quam è dolosa Itali nescio cuius artificis officina originem ducere* <sup>(2)</sup>. Egregium vero responsum, quodque absque fideiussore expeditum cuivis semper atque in numerato est! Quasi vero Postellus nisi siclum de quo agit vidisset archetypum eius utrimque iconem, iis siclis qui longe post eius aetatem Hierosolymis de-

(1) *Alphab. XII. Linguar. in Samar.*

(2) Ultimamente (*inquit*) asegura el Sr. Bayer refiriendose al testimonio de Postelo, que las medallas Samaritanas se descubren con frecuencia en Jerusalem.

Postelo fue un buen creyente; y las monedas del Sr. Bayer no tienen otro origen que el embuste y artificio de algún monedero Italiano. *Refut. Hisp. n. XXIII.*

detecti atque in Europam delati sunt omnino similem, è proprio cerebro confingere sibi potuisset; aut iam tum Patavinus ille numismaticorum mendaciorum parens aut Ecclesiastes Ioachimsthalensis, cuius Tentzelius meminit, curvae in terris animae! eximiam fallendi artem exercuissent. De Bayerianis autem numis (qui iam hodie CAROLI III. Hispaniarum Regis iussu in Regiam Bibliothecam Matritensem translati atque adeo Regii dicendi sunt) quae subdit, nisi à capite neque tribus Anticyris sanabili profecta dicimus, nosmet ipsos ut plumbeos planeque caudices damnemus necesse est. Quidnî autem dicamus, cum eo D. Tychsenius audaciae processerit? Satis hactenus ineptiarum atque errorum patienter ex eo hausimus: non amplius in nos impune luserit. Quod ad rem facit: Bayerianos olim numos vidêre ac probavêre qui vident, qui sapiunt. D. Tychsenius non vidit, neque huc pertinet.

NVM. XXIV. *Non amplius in his immorandum*, D. Tychsenius ait, *hoc praesertim tempore in quo viri Eruditi discussis tandem tenebris Simonis numos ut adulterinos respiciunt ac reiiciunt*<sup>(1)</sup>. Verum qua fronte, cum falsissimum id esse pridem ostenderimus? Cum praeter Dobrowskium, Arizarram, Diodatum, qui nihil aliud effecêre quam ut veterem crambem recoquerent, omnes fere per Europam viri Eruditi uno quasi ore Samariticos numos ut ingenuos agnoscant consensuque suo approbent? Ac Dobrowskii locum eodem numero à D. Tychsenio adversus illorum fidem adductum, quia

(1) No hay necesidad (*inquit*) de estenderme mas en este asunto; y mucho menos en un tiempo en que los Literatos desengañados reconocen y desprecian por falsas las monedas de Simon. *Ref. Hisp. n. xxiv.*

sa-

sane quam prolixus est atque insulsissimus, alio reservamus. Viderint eum, si quos iuvat, in Hispanico D. Tychsenii libello quem ad perpetuam rei memoriam sub operis finem edendum curavimus.

NVM. demum xxv. Cl. Georgii Adleri locum alium adversus numos Samaritanos allegat, eoque libellum quem praediximus claudit, qua tamen, Bone Deus, fide! *Georgius* (inquit) *Adlerus Professor Linguae Syriacae Hafniensis in Museo Cufico-Borgiano edito Romae 1782. de quodam siclo à D. Bayerio explicato loquens, sequentia observat pag. 30. Unus argenteus est et ab aliquibus viris doctis genuinus habitus, prorsus iis similis qui à cel. Perezio ad annum secundum Simonis referuntur, cum iisdem typis, eadem inscriptione, verbis, IERUSALEM SANCTA, cum XIII. literis scriptis; sed spurius nisi me omnia fallunt. Mutua depressio et elevatio areae huius nummi, quae arte laevigata videtur, cavitas nummi in centro, vestigia aperta sole meridiano clariora, quo circa literas figurasque veluti sulcum sculpserunt, ut scriptura acutior appareret, indicia sunt adulterini nummi, quibus contradici non potest. Vix enim verosimile mihi videtur literarum angulos ne minima quidem iniuria in hoc nummo laesos, tantae siclorum vetustati respondere. (quod nollem profecto D. Adlero excidisset) Equidem nummum conflatum fuisse, deinde cum in fusione figurae literaeque crassae et obtusae evadant, scalpro expolitum censeo. Hactenus D. Adlerus.*

Hic autem Scriptor eo loco <sup>(1)</sup> tres tantum numos Hebraeo-

(1) *Mus. Cufic. Borgian. pag. 30. Not.*

braeo-Samaritanos archetypos eatenus à Se visos asserit, quorum is primus est quem paulo ante descripsit atque adulterinum censuit. Pergit autem continuo: *Alter nummus Samariticus, quem vidi aeneus est, et in eodem Museo Borgiano adservatur. Hunc eadem facilitate cusum et antiquum, ideoque probabiliter genuinum esse censeo, qua illum (priorem nempe siclum) spurium dixi:: Tandem tertium nummum aeneum vidi in Museo Seren. Ducis Megalopolitani, qui etiam integritatis signa habet, cum figura arboris forte opobalsami et litera ש ad unum latus quae שנת (scenath) indicat<sup>(1)</sup>: ad alterum numerum anni sed detritum; in parte adversa figura vitis cum titulo לחר יש (lechr. is) h. e. להרות ישראל (lecheruth Israël) literis Samariticis scripto.*

Iam vero D. Tychsenius ut numerorum Hebraeo-Samaritanorum falsitatem adstruat, in Refutatione Hispanica prius tantum de adulterino siclo D. Adleri iudicium affert, indictis quae proxime sequuntur atque eorum numerorum fidei suffragantur. Quo consilio id factum alii iudicent. Anonymus vero Hispanus ille quem diximus, literarum olim D. Tychsenii XIIX. Dec. MDCCLXXXV. ad me Interpres, cum postquam Hispanice et Latine unà cum Refutatione Hispanica eas edidisset nondum tamen evulgasset, crediti eatenus Pseudo-Tychsenii de binis quos praediximus Borgianis numis in eo opusculo silentium animadvertisset, pagellam lite-  
ra-

(2) Labitur in hoc aperte D. Adlerus; cum eo loco ש non scenáth sive annum significet, sed initialis sit nominis שמעון Simhon; sequentes autem detritae literae

ad idem nomen pertineant; annus vero in numi aversa notatus olim fuit sed detritus est, ut in aliis eiusdem commatis numis. Vid. nostra Tab. II. pag. 95. nn. 2. 3. 4.

rarum versioni addidit, in qua D. Adlerum à Refutationis auctore falso adversus numorum Samariticorum fidem allegari, callideque Eiusdem de binis quos γυνοίους censuerat numis iudicium in ea supprimi affirmat: quae pagella cum primum Butzowium perlata fuit D. Tychsenius apologiam illico apparavit eamque Matritum ad D. Thomam Firminum Arteta cuius olim meminimus direxit cum literis xxiv. Maii MDCCLXXXVII. edendam videlicet, ut edita quidem fuit in Actis Literariis Hispaniae mensis Iunii eiusdem anni, quarum summa haec est: *Adlerum de eo numo* (quem falso item ad Ser. Ducem Megalopolitanum pertinere existimavit atque edixit, cum D. Tychsenii sit) *falsissimum, memoriae forte lapsu, iudicium tulisse; eique amplius, si numorum Samariticorum antiquam et genuinam indolem spectet, fidendum non esse.* Quoniam autem in iis literis non tantum horum ratio redditur sed et numi de quo lis est ectypum exhibetur, integras extra ordinem sistere placuit (1).

Ve-

(1) *E literis D. Tychsenii ad D. Thomam Firmin. de Arteta 24. Maii 1787. in Memoriali literario Matritensi mensis Iunii eiusdem anni editis à pag. 206.*


, Non satis mirari possum Anonymi antagonistæ acumen ultimum libelli sui post editam pugnam immutantis, eo forte consilio ut legentibus *Vindicationem meam*, quae contra libelli exemplar à novo hoc assumpto immune directa erat, persuaderet, tanti me fecisse hoc Adleri testimonium, ut intactum illud relinquere, necesse haberem. Sed ab Adversario, cui nihil unquam nefas videtur fuisse in fa-

, cinore, æquius aliquid exspectari non poterat. Nescius tamen Anonymus fuisse videtur solem et trahere nebulas et, mox easdem dispellere, ut radiis suis aciem hominum vincat. *Nam Adlerus, V. C. falsissimum de numo nostro, memoriae forte lapsu, tulit iudicium.* Numum enim apud me, minime vero in museo Ser. Ducis nostri viderat, et ipsa numi descriptio quam dedit, hallucinationem eius in aprico ponit. En eius verba in museo Cufico-Borgiano pag. 30. *Tandem tertium numum æneum, vidi in museo Seren. Ducis Megalopo-*  
li-

Verum enim vero si D. Tychsenius tam lubricum de his numis D. Adleri testimonium existimavit, cur eius locum adversus priorem è tribus quos viderat Samariticis Borgianum siclum adducit; curve hunc Scriptorem iis qui numorum Hebraeo-Samaritanorum fidei refragantur accenset, qui paulo ante in eodem opere *Samaritanos numos egregia esse an-*

, *litani, qui etiam integritatis signa habet cum figura arboris forte opobalsami, et litera ש ad unum latus, quae שנת, indicat, ad alterum numerum anni sed*

, *detritum, in parte adversa figura vitis, cum titulo לחרות ישראל i. e. לחרות ישראל, scripto.*



, Ex adiuncto ectypo Adleri lapsus facile deteguntur. Nam

, I. Littera ש est prima nominis שמעון, littera, ut vestigia טו ו (ע, & מ) ad alterum latus innuunt.

, II. In parte adversa pampini, non vitis figura, itemque ישראל, non יש, cernitur.

, Praeterea rimæ et inæqualitates in numi area glutine hermetico ad fallendum visum obductæ, aliaque fusionis signa conspiciuntur, ut in ipsa meridie cœcutire, dicendus sit, qui numum hunc integritatis signa habere iudicet. Ergo Adleri iudicio, si horum numorum antiquam et genuinam indolem spectet, fidendum non est. Quoniam Adlerum in critica sacra, diplomatica orientali &c. institueram,

, *ieiunum et falsum eius de altero numo Borgiano et de nostro iudicium et memoriae lapsum malui silere, quam atro carbone notare, veritus ne sine famæ ipsius inminutione id fieri posset. Sed Anonymus callide suppressit quae sequuntur verba: cum figura vitis, quae, quum nullus numus cum vitis figura detur, suspicionem in auctorem conferre potuissent, eum neque acute vidisse, neque accurate iudicasse. Hinc facile apparet, quam spuria et vilis sit numi primi Borgiani ab Adlero pro efficto declarati conditio, quum et alterum Borgianum, et nostrum integritatis signa habere contendat, quae, ut de nostro demonstravi, nulla omnino sunt.*

*Hactenus D. Tychsenius.*



*antiquitatis monumenta* disertis verbis edixerat <sup>(1)</sup>? Haec si quis invicem et cum bona fide quae Scriptorem decet conciliare studeat, operam meo iudicio ludet.

De controverso autem D. Tychsenii Samaritico numo iuvat repetere quae olim in Prologo *De numis Samar.* edixeram, nimirum: *Existimo numum illum unde fluxit ectypum quod D. Tychsenius in fronte operis exhibet, utut numus ipse adulterinus sit, (potest enim ex vero et antiquo esse conflatus) ex puris et incorruptis Samaritanorum fontibus derivari: quibus addo, eundem, aut si id minus archetypum unde desumptus fuit numum ex eorum numero esse quos Simon maioris moduli secundo principatus anno percussit, è quibus ternos in Tract. De num. Hebr. Samar. pag. 95. Tab. II. nn. 2. 3. 4. videre licet. Et mirandum quod hoc D. Tychsenium latuerit. Sicut enim pictores et qui pictoria arte delectantur ubi in effigiem aut imaginem incidunt è Raphaëlis Urbinate aut Titiani tabula desumptam (quamvis infelicissime expressa sit) illico fontem atque archetypam unde effluxit manum agnoscunt: ita qui numorum veterum studio dediti inque eo aliquantum exercitati sunt, vel in conflatis et adulterinis eorum origines inspiciunt; atque ex eorum γνωρίμασι num è veris et antiquis archetypis descendant subodorantur*

at-

(1) Si numi (*inquit*) Samaritici, licet paucis annis titulisque concludantur, sunt egregia antiquitatis monumenta, ut nuper demonstravit Cl. Franc. Perezus Bayerus, edito Valentiae Edetanorum anno MDCCLXXXI. *De numis Hebraeo-Samaritanis* egregio commentario, quo magno

tum eruditionis, tum linguarum apparatu illos docte diligenterque illustratos publicavit: quantivis omnino pretii atque insignis utilitatis esse etiam debent numi Arabici antiqui? *Mus. Cufic. Borgan. cap. III. pag. 29.*

atque eliciunt. Atque hactenus in *Refutatione Hispanica*.

IN VINDICATIONIS autem Latinae num. VII. D. Tychsenius vituperationem Anonymi Censoris (nimirum qui Latinas eius ad me literas una cum *Refutatione Hispanica* Martiti vulgaverat) se incurrisse scribit, quod numorum tempore Hadriani nova percussurâ signatorum mentionem nullam iniecerit, cui his verbis respondet: *Nulla suberat causa cur hos Traiani numos, quos impostor sub incudem revocaverat::: in memoriam revocarem, quum neque ill. Bayer eorum in Prologo, contra quem Refutatio mea unice directa erat, meminerat etc.* (1) Haec autem quo pacto D. Tychsenio exciderint non video; cum de recuis Traiani numis in Prologo, quantum eius angustiae patiebantur, non perfunctorie egerim, eosque à *Viris doctis ad Barco-Kebam qui sub Hadriano maximas in Iudaea turbas excitavit* referri ibidem dixerim.

NVM. X. *Numi* (inquit) *quorum Aleschkarus quaest. 74. mentionem iniicit, quosque IVDAEI, quod mireris, ALEMANNI fide Samariticos pronunciat, puri puti graeco-phoenicii, et Hispanici, DESCONOCIDAS dicti fuisse videntur, ut ex ipsa orationis serie apparet.* Hoc vero merum D. Tychsenii somnium est. An vero non Aleschkarus modo, vir inter Hebraeos doctus pluriumque Tractatum scriptor (2), sed nec lippissimus Iudaeorum numos in quibus facies hominum, equi, boves, lupi, sphynges, pisces, ut in Hispanicis Graeco-Phoeniciis quos *Incognitos* dicimus passim insculpti sunt, Samariticos unquam appellâset?

EO-

(1) *Vindic. Lat. n. VII.**Hebr. T. I. pag. 803. et Bartolocc.*(2) Vidend. ap. Wolfium *Biblioth. T. IV. pag. 59.*

EODEM numero *Relandum*, *acerrimum alias numorum Samariticorum defensorem*, *siclos adulterinos statuere* ait. Falso. *Relandus* siclos nunquam se vidisse perhibet <sup>(1)</sup> deque iis nihil unquam pronuntiavit, ac vel postquam Samariticos numos accuratissime tractavit explicuit ac supra omnem *νοθείας* suspicionem esse intellexit, de siclis quos archetypos nunquam oculis usurpaverat dubius perpetuo haesit, ac propterea *rem hanc αὐτοψία decidi debere* aiebat non ectypis (*Diss. IV. pag. 131.*) Atque existimo si in unum aliquem ex iis quos protulimus siclis incidisset, non tantam ei quantam olim numis fidem adhibiturum, certe non continuo neque temere sese ei crediturum; quippe cum siclorum probitas atque ingenuitas non aeque ac numorum statim pateat atque in oculos incur-

rat.

(1) Praeterea quidem (*inquit*) sicli et semisicli habent  $\aleph$ , nonnulli  $\beth$  supra calicem, indicem anni primi et secundi; sed quia eos non vidi nec constat mihi ubi asserventur, plura non addo. *Diss. v. De num. Sam. pag. 186. seq.* Atque his accommodanda sunt quae paulo ante, nimirum pag. 185. fin. seq. de *sicli Galliarum Regis ectypo* dixerat: „Hic numus satis notus est et ab omnibus fere repraesentatus qui de numis Hebraeorum egerunt. Addere tamen liceat me, quamvis ipse possideam et apud alios viderim, nullum unquam huius commatis numum (*agebatur autem de sicli ad annum secundum pertinentis ectypo*) conspexisse indubiae antiquitatis: ideoque omnes ad quorum manus similes numi pervenient rogatos velle, ut eos bene examinent... *Et Diss. I. p. 47.* In ea opinione versatur vir doctus (*Otho nimirum Sperlingius*) non siclos tantum,

quod facile ipsi dedero, sed numos omnes qui Samaritanas aut Hebraeas literas praefereunt confictos fuisse à recentioribus etc. *Ad quem etiam modum Ioann. Bapt. Ot-tius Epist. ad Reland. Tigur. prid. Cal. MDCCIV.* Argentei (*inquit*) numi qui siclorum nomine veniunt dubiam hactenus apud me fidem invenerunt: ex decem enim aut duodecim quos oculis manibusque tractavi, vix unus est quem originale, ut aiunt, indubie agnoscere possim; si tamen sunt, diversis temporibus cusos arbitrator... *Ez. Spanhemius de praest. et us. Diss. II. pag. 67.* In tribus nempe illis (*inquit*) numis aereis calix continuo cernitur, sicut in aliis itidem Iudaicis qui Hasmonaeorum similiter aetate sunt cusi: cuius autem loco urna cum manna desuper signatur, ut notum in argenteis qui circumferuntur vulgo, quaecumque sit eorum fides etc.

V

rat. Atque idem ipsum Viris in hoc studio summis Ezechieli Spanhemio, Ioanni Baptistae Ottio et aliis (*Vid. eand. not.*) accidisse video, qui cum pro numerorum Samariticorum fide vadimonium obire nihil dubitaverint, de siclis tamen et semi-siclis aliquantum semper haerere visi sunt: id quod etiam expertos fuisse existimo quicumque mecum hanc de numis Samaritanis trivêre aream. Sed, quod propius nos spectat, rogo nunc: an numos saltem Simon cudit? Aut Relando, sicut et Adlero, tantum neganti credimus? Si numos cudit, habuêre monetam signatam Hebraei: salva res, immo dicta causa est.

EODEM numero pag. XI. *Schlaëgerus* (inquit) *vir in re antiquaria et numaria exercitatissimus, et famigeratissimi numophylacii Gothani per quinquaginta annos praefectus, ne ullum unquam vidit numum Samaritanum qui INDVBITATA ANTIQVITATIS CRITERIA haberet; ill. Bayerus numos XXXII. (addesîs nunc denos) quos possidet sinceros et puros claris oculis videt. Quem itaque falsa visione et specie motum dicemus? EVM NÎ FALLOR (pergit, nimirum Bayerum) QVI FALLACI OCVLORVM FIDE SOLVS INCEDIT ET NITITVR; cur autem non addidit, qui quamquam totos fere sexaginta annos in rei numariae veteris atque in Antiquitatum studiis exegit, famosioraque Italiae, Lusitaniae atque Hispaniae numophylacia lustravit, Regiumque Matritense fidei suae concreditum ex munere saepius visitet, pretiosioraque eius numismata et cimelia frequens contrectet ac prae manibus habeat, nihil inde hausisse videtur nisi quod sub oculos et conspectum cadit:*  
cer-

certe qui nullum hactenus siclum numumve Samariticum cum libripende et quinque testibus, civibus Romanis, pueribus, qui conceptis verbis eius ingenuitatem sacramento adacti declarent, vidisse ultro fatetur? Sed omissis ludicris.

Agnosco equidem lubricam et fallacem ad numos internoscendos esse oculorum fidem si rationibus aliisve adminiculis destituatur et maxime ubi de singulari aliquo numo, ingenuusne an adulterinus sit, dubium incidit: cuius generis lites ac discrepantia Eruditorum placita Romae olim ac saepius inaudiui, unique etiam et alteri ut suffragium ferrem rogatus interfui. Longe tamen dispar controversiae de qua nunc agimus ratio est, in qua et oculorum fidem certissimis argumentis ac Veterum testimoniis comprobata aliunde novimus, ac praeterea lis non ad unum aliquem definitumque numum oculorum iudicio sistendum sed ad omnes in universum siclos numosque Samariticos spectat, et vel postquam centum et amplius eiusmodi detecti binisque retro saeculis in famosiora Europae numophylacia admissi et fere ἀναντιρρήτως vulgati sunt in dubium eos revocat: quod mihi perinde esse videtur ac si quis hodie Seleucidarum aut Ptolemaeorum numis ingenuitatis actionem intenderet. Et quidem cum horum Regum numi priores omnium in lucem prolati fuere, existimo non defuisse qui rei novitate percussi adulterinos eos crederent aut non tuto fidem iisdem accommodarent; postea vero quam auctus in dies eorum numerus fuit sedatos Eruditorum animos sensimque de iisdem dubitari desitum; quippe cum numorum inter se collatio conflictusque mutuus eos invicem

confirmet aut suo ipsorum indicio adulterinos prodat. Atque hoc magis mirandum quod Arsacidarum, Thraciae, Armeniae, Cappadociae, Ponti aliorumque etiam Regum numis, cum multo serius, longeque pauciore quam Samaritici numero detectos vulgatosque fuisse constet, nemo quod sciam, hactenus diem dixerit: quasi unis Machabaeorum rebus, ac proinde siclis numisque fatale fuerit cum infestis larvarum umbris perpetuo conflictari. Causa tamen in promptu est quam alibi indicavimus <sup>(1)</sup>.

IBIDEM extra ordinem Hyacinthum Arizarram nuperum Scriptorem è Praedicatorum Instituto laudat *qui numos Samaritanos supposititios esse statuit, neque promereri ob eam causam, ait, summo studio ac diligentia custodiantur in numothecis;* et cur non item Dominicum Diodatum I. C. Neapolitanum nuperum etiam eiusdem sententiae popularem? Ac prioris quidem locum integrum sistere placuit, ut liquidum fiat quam ieiuna et frigida, quamque pro lubricitate asserta nobis afferat, addesîs et quam falsa <sup>(2)</sup>.

Ne-

(1) *Sub init. cap. II. not. I. p. 16. et 29.*  
 (2) *Neminem arbitror esse (inquit, Disq. de Hebr. charact. in Sac. Bibl. orig. et antiq. Mutinae 1782. pag. 74.) qui non det libenter numos seu siclos illos qui exhibent vel Abrahæ, vel Mosis, vel Davidis, vel Salomonis imagines cum quadratarum literarum inscriptionibus spurios esse, et recenter cusos; sed tolerant etiam adversarii necesse est, (et tolerandum profecto, id est patienter ferendum) ut etiam suis numis cum literis Samariticis vetustatem abiudicemus, quam eis-*

*dem tribuunt, constituamusque aequè supposititios esse, neque promereri ut ob eam causam (ita omnino) summo studio ac diligentia custodiantur in numothecis etc.*

Quid causae est merito quin illi Iuppiter ambas

Iratus buccas inflet?

Addesîs quod R. Mosem Nachmanidem ineunte saeculo XIV. et R. Azariam (*de Rubeis* seu מן האדומים) XV. in vivis fuisse ait *ead. pag.* idque è Wolfio *part. II. Biblioth. Hebr.* cum ex hoc scriptore (*T. I. p. 876.*) constet Nachmanidem  
 Chri-

Neque his meliora Diodatus, qui *Samariticos numos Simonis nomen nusquam praeseferre*, eorumque νοθείαν satis manifestam tenere ait; namque inscriptionibus Samariticis sunt insigniti: hoc est sermonibus et literis quae nusquam tunc quidem apud Iudaeos obtinebant: quorum prius falsissime asseri ex supradictis constat, posterius è medio trivio haustum est ac πολυθρύλλητον; cumque nihil praeterea Samariticis numis obiiciat, nubes tamen et inania iactat eorumque patronos Calmetum, Soucietum, Allixium longe à se abire iubet. Valeant igitur (inquiens) tam belli homines secumque suos Samariticos numos ferant; ac si quem veteramentarium Iudaeum repererint, illi vendant, non nobis, qui PVLCHRE novimus, quantopere impostorum ingenium in id genus monumentis sibi indulserit <sup>(1)</sup>.

Ac ne omnino Dobrowskium absque merito elogio praetereamus, tribus hic ridiculis ἐρωτήμασι facta transacta omnia remque confectam putat: Quis enim (inquit) aut solidis rationibus aut idoneo testimonio probavit à Iudaeis unquam cusam monetam fuisse, cum illi pecuniam semper appenderent? Quo teste sumere liceat hos numos, qui sive in numophylaciis exstantes sive aere incisi in variis libris visuntur, in Palaestina fuisse effossos atque in Europam tanto numero tantaque formarum diversitate illatos? Quis facile assequi possit cur Samaritanis potius literis signarentur quam quadratis, cum negari non possit  
has

Christi anno 1194. natum et 1260. mortuum fuisse, quamquam Bousquetus Episcopus Lodovensis ad annum 1263. eius vitam protrahat, *Ibid.* pag. 881. Azariam autem saeculo XVI. eoque multum inclinan-

te, nimirum anno Dom. 1573. vixisse constat ex eodem Wolfio *T. I. pag. 944.*

(1) *Exercit. de Christo Graece loquente. Neapoli 1767. part. II. cap. I. pag. 90. 91.*

*has iam eo tempore in usu fuisse?* <sup>(1)</sup> quibus ego quartum adde-  
rem, nimirum: Quis hos rei monetariae Hebraeorum ever-  
tendae triumviros tam facilem atque expeditam hostes sine  
caede et sanguine immo absque armis et labore aliquo funden-  
di et conterendi viam edocuerit?

D. Tychsenius causam cur Hispanice Refutationem scri-  
pserit hanc indicat, ut olim dicebamus, *quia cum viro Hispa-  
no concertatio Ipsi inita fuit etc.* Idem tamen in Vindicatione  
Latina num. v. Anonymo literarum Eius interpreti cur Hi-  
spanice illam scripsisset curiosius inquirenti longo verborum  
ambitu respondet: *Ac primo quidem, quae de lingua, qua con-  
scripta est apologia mea, profert Editor, infelix est coniectura.  
Vt linguam Castellanam, quam b. avus meus, qui in bello Succes-  
sionis stipendia in Hispania meritus fuerat, mihi gustandam  
in tenera aetate praebuerat, quamque omnium dialectorum, quae  
Latinam matrem salutant, praestantissimam ipsa experienciâ e-  
doctus libere profiteor, familiarem mihi redderem, non modo  
omnis generis libros Hispanicos, quos conquirere potui, studiose  
legebam, sed commercium epistolicum Castellanium interdum cum  
amicis instituebam, ut permirum adeo non esset, si Refutationem  
meam exercitii causâ Hispanice scribendam existimarem. Sed alia  
aderat ratio, quae Linguam Latinam dissuadebat. Rumor ni-  
mirum increbuerat, Matrivi Societatem coaluisse, quae Erudito-  
rum Septentrionalium lucubrationes vel lingua Castellana scri-  
ptas vel in eam conversas in popularium gratiam esset editura.*

Vt

(2) *De antiquis Hebraeorum cha-* Apud D. Tychsenium *Refut. Hispanica*  
*racteribus, Pragae 1783. pag. 48.* n. XXIII.



*Vt itaque Refutatio mea Tomo edendo sine ambagibus inseri, et Societatis instituto respondere posset, Amici opera usus fui, qui stilum Castellanum perficiendum benevole suscepit: quae quanti sint, quamque parum cum prioribus cohaereant secum quivis reputet.*

IDEM in literis ad me prid. Non. Iul. MCCCLXXXIV. *Veritati* (inquit) *unice litans victas tibi lubenter tradam manus, statim ut cognoverim Te viam evadendi argumentis tuis mihi interclusisse. Est sane* (quaestio quade agimus) *materia ponderosissima et admodum intricata, quae aurificis staterâ omnino debet examinari. Quo igitur iure, quave ratione in Refutatione Hispanica universae Hispanicae Nationi, atque adeo imperitae vulgi multitudini diiudicandam eam permittit?*

MINVTIORA è D. Tychsenii Refutatione, Vindicatione et literis corradere supersedeo ne multus in hoc sim; immo subpudet me non semel iis refellendis demisisse quae nihil moranda ac sibilo potius explodenda essent. Sed illud tamen ac praecipuum ad siclorum numorumque fidem consolidandam ex iisdem elicuisse gaudeo ac triumpho, nimirum à nemine tum Veterum tum etiam Recentiorum qui illam elevare nituntur, ac neque à D. Tychsenio, vel postquam diu multumque in hoc stadio desudavit ac misere se torsit, obiectum hactenus iis fuisse quod invicem sibi adversentur aut parum cohaereant: quod in Historiam temporumve rationem aut in Hebraeorum ritus legesque ullo pacto impingant vel ab iis in re minima discrepent, sive illorum sententiam seu symbola, literarum formas et numerum consideres; ac demum quod

si

si quid in eorum altero expressum inscriptumque exstat, non in aliis eiusdem generis siclis numisque constantissime observetur; id est *quod nullum hactenus adversus eos locum ex his quae intrinseca vocant invenerint*, ut sub capitis secundi initium notavimus.

Iam vero perpetua haec et plane mirabilis siclorum numerorumque Samariticorum et secum invicem et cum aliis consensio, nisi ex eodem omnes fonte manarent maturoque et provido consilio percussi essent, undenam quaeso alias, an forte à pseudoplastarum condicto communibusque eorum sententiis ac suffragiis speranda? Mitto quae pro eorundem ingenuitate ex hac eadem consensione cuiusvis elicere proclive est, eamque vel si alia desint controversiae de qua agimus definiendae praecipuum ac praesentissimum momentum esse existimo. Agnovit optime eius efficacitatem Eruditissimus Conringius qui in Paradoxorum prologo: *Enim vero* (inquit) *ἀδύνατον* *arbitror potuisse imperitis saeculis, qualia utique fuerunt aliquot centenis annis, (scribebat autem paulo ante medium saeculi XVII.) effingi numos Samaritanis inscriptionibus insignitos qui undequaque respondeant rebus Hebraeorum, quales fuisse Hasmonaeorum aevo Veterum indubitatae fidei monumentis accepimus.*

Sed neque aliter de his quae in siclis numisque sub oculos et conspectum cadunt statuendum. Etenim cum idem sit fere omnium oris habitus, idem singularium classium modulus typusque, eadem fabricae indoles ac circumsectionis ratio: incredibile omnino est absque unius alicuius qui publice ac  
pro-

providentissime eos cudi iussisset ductu et auspiciis, proque solo qui eos heri aut nudius tertius in privatis officinis conflâsse dicuntur placito ac lubidine, tot in eosdem veritatis notiones et characterismos confluere et constanter observari potuisse; ac proinde in generali de siclis et numis Hebraeo-Samaritanis controversia non minus oculorum fidei ac iudicio quam rationibus et argumentis quae pro eorum ingenuitate militant tribuendum. Sed de his hactenus.

EXTREMVM nobis de hoc argumento restat, nimirum ingeniosum D. Tychsenii in Eius ad me literas XIIX. Decembris MDCCLXXXV. commentarium Vindicationi Ipsius Latinae insertum, quo Se sibi in Refutatione Hispanica conciliare studet nimirum:

, *Equidem* ( inquit in Vindic. n. III. ) *scripseram p. 16.*  
 , *Ad Samaritanos tuos quod attinet, implicatam eorum contro-*  
 , *versiis causam strenue defendisti.* ( Ergone vera? Mala quo-  
 , que causa strenue defendi potest ). *Structurae Tuae ex alieno*  
 , *sensu quem Interpres D. Scheindenburg causavit ex parte or-*  
 , *tae libellum meum leviter tantum tangunt.* ( Estne hoc pro vi-  
 , cto se declarare? ) *Nam quae de silentio Iosephi etc. dixi, idem*  
 , *Ipsè pag. 4. disertis verbis asseruisti. Sed hoc non obstat quin*  
 , *magnitudine ingenii, eruditionis et agilis industriae Tuae mi-*  
 , *rifice capiar, ( etiam in adversario virtus laudanda est, ) et si*  
 , *caussa cadendum mihi sit, Te eam malim obtinere quam quem-*  
 , *vis alium.* ( Vocula Si, non facta sed futura sive possibile  
 , sive impossibilia respicit. Ad iudices competentes, minime  
 , vero ad partes, sententiam dicere pertinet. ) *Verum enim vero*

, *stet cadatve lis, liber Tuus tanquam sanctius aliquod tabularium ab iis semper adeundus erit, quibus hae dapes sapiant* <sup>(1)</sup>.  
 , ( Nam in nullo alio opere quod de numis hebr. exponit, tot  
 , numos tam curate delineatos et ab ipso auctore scite descri-  
 , ptos possessosque reperire licet. ) Hactenus D. Tychsenius.

Atque ego quidem stultus ubi primum eas literas legi simplicem atque obvium illarum sensum absque commentario assecutum putaveram, donec Auctor idemque interpres alium longeque diversum iisdem subesse me docuit; verum eadem tamen operâ intellexi rem mihi cum Adversario hactenus fuisse qui Tenedia secure instructus ancipiti eam ictu vibraret; ac propterea novum vereque duplicem Eius commentarium novo itidem sed simplicissimo glossemate explicandum ac refutandum duxi.

I. In eo primum omnium *implicatam controversiis numorum Samariticorum causam D. Tychsenius strenue me defendisse scribit, neque tamen propterea veram; cum mala quoque causa strenue defendi possit.* Optimum factum. Sed rogo, malane causa rationibus et argumentis quae nullius ponderis, quaeque indigna quibus respondeatur sunt, commentariisve cabalisticis locisve Auctorum nihil ad rem facientibus defendi quoque

(1) *Literarum XIIX. Dec. MDCCLXXXV. textus purus.* , Ad Samaritanos tuos quod  
 , attinet implicatam eorum controversiis  
 , causam strenue defendisti. Stricturae  
 , Tuae ex alieno sensu quem Interpres D.  
 , Scheindenburg causavit ex parte ortae  
 , libellum meum leviter tantum tangunt.  
 , Nam quae de silentio Iosephi etc. dixi  
 , idem Ipse pag. 4. disertis verbis asseruisti.

, Sed hoc non obstat quin magnitudine  
 , ingenii, eruditionis, et agilis industriae  
 , Tuae mirifice capiar; atque si causâ ca-  
 , dendum mihi sit, Te eam mâlim obtinere  
 , quam quemvis alium. Verum enim ve-  
 , ro stet cadatve lis, liber Tuus tanquam  
 , sanctius aliquod tabularium ab iis sem-  
 , per adeundus erit quibus hae dapes sa-  
 , piant etc.

que strenue poterit? Atqui non melioris notae esse quibus numorum Samariticorum causam tuitus olim fui non ita pridem D. Tychsenius gratis ut solet pronuntiaverat <sup>(1)</sup>. Sed cur pro *implicatam* non potius *malam*, ut nunc, aut *desperatam* causam aperte dixit, ut Sibi primum, nobisque etiam, atque Eruditis omnibus in putido commentario scribendo ac legendo parceret?

II. *Quae de Iosephi silentio etc. eadem à me ac disertis verbis asserta* D. Tychsenius affirmare nihil dubitat: id vero falsum falsissimum esse sub init. cap. IV. à nobis ostensum. Parum autem haec morari D. Tychsenius videtur.

III. *Si causa D. Tychsenio cadendum sit eam me obtinere malle ait quam quemvis alium*: quo loco voculam *Si* commentarii vice explicat, *eamque non facta sed futura sive possible sive impossibilia respicere asserit*. Ea vero explicatio, praeterquam quod puerilis et inepta est, *futura impossibilia*, id est *hircocervum* et speciosa miracula, uni ut videtur D. Tychsenio per somnium obversata, nulli certe mortalium cognita aut literis hactenus consignata, promit atque in scenam producit.

IV. *Verum enim vero (pergit) stet cadatve lis, etc.* Atqui, inquam ego, si numorum Samariticorum falsitas tertio quoque verbo à D. Tychsenio demonstrata dicitur <sup>(2)</sup>: quo pa-

(1) Pero sus razones (*inquit de me loquens*) son de tan ningun valor que no me huviera detenido en responder à ellas sino fuera por aprovechar esta ocasion etc. *Ref. n. 1.* El Sr. Bayer se ocupa en ilustrar los caracteres de las medallas Samaritanas con una especie de comentario cabalístico. *Num. XIX.* Las autoridades de

Hesychio Suidas y Pollux tampoco vienen al caso etc. *Num. VII.*

(2) El discurso (*inquit*) que publicó en 1779. demonstrando la falsedad de las monedas Samaritanas. *Ref. n. 1.* Para acabar de demostrar que la palabra *νόμισμα* etc. *Num. V.* Los Literatos desengañados etc.


pacto lis non ab Eo perpetuo stare, sive adversus Eum ullo unquam tempore decidi poterit?

V. Demum *meum de numis Hebraeo-Samaritanis librum* in quocumque litis eventu *tanquam sanctius aliquod tabularium ab iis semper adeundum quibus hae dapes sapiant*; et in commentario: *Nam in nullo opere quod de numis hebr. exponit tot numos tam curate delineatos, et ab ipso auctore scite descriptos possessosque reperire licet.* Iam vero quibus demum nisi fungis planeque stipitibus hae dapes sapient aut placiturae sunt, postquam intellexerint *tot numis tam curate delineatis et ab ipso auctore scite descriptis* nihil inesse praeter vacuas rerum imagines et inania puerorum oblectamenta? Quisve unquam, nisi cui anima pro sale sit, *librum tanquam sanctius tabularium* adibit aut in manus sumet, postquam in D.Tychsenii Refutatione legerit contentos in eo generatim numos *phantasticos, ridiculos, heri aut nudius tertius confictos*, signanter autem Bayerianos, de quibus praecipue in eo agitur, *non aliunde quam ab obscuri impostoris Itali vafritie et artificio originem ducere?*

Valeat ergo longum formosus cum lepido suo commentario palpumque quibus possit obtrudat; nos cautiores hinc effecti postrema eius verba, quamvis longe diversum sonent, reprehensionem nostram ducimus, quod scilicet in spuriis et adulterinis numis describendis tamque accurate delineandis atque aeri incidendis male operam collocaverimus oleumque et impensam misere prodegerimus: tantum abest ut quicquam laudis eo nomine in nos collatum à D. Tychsenio putemus; de quo tamen alii iudicabunt.

At-

Atque hîc rursus expositis iam quae pro tuenda numorum Hebraeo-Samaritanorum fide in numerato erant, consistendum. Sed alio nos ac longissime D. Tychsenius avocat. Nimirum parum Ipsi fuit ancipiti et sane quam molestae cum Eodem liti me implicuisse, nisi inflictam olim existimationi meae aliunde plagam, sed dudum iam cicatrice obductam cuique alias inultae aut immedicatae immoriendum mihi fuisset, omnino praeter rem atque importunissime in Vindicatione Latina refriçasset. Sit igitur.



## APPENDIX

*De auctore Hispanae Homeri Odysseae versionis quae sub Gundisalvi Perezii nomine circumfertur.*

INVITVS sane in causam descendo cui solidum paene tricennium indormieram, immo quam omni studio ex animo depellendam curaveram, ut nec saepius laccessitus neque amicorum precibus fatigatus ut aspersam eius occasione nomini meo maculam scripto diluerem ullo in id pacto adduci unquam potuerim. Vnum tamen D. Tychsenii verbulum atque, ut existimo, in aurem Eidem instillatum, certe quod aliud plane agenti atque omnino praeter rem in *Vindicationis Latinae* limine excidit, nimirum *me ut Cl. Gundisalvo Perezio Hispanam Odysseae Homeri versionem abiudicaret, Ioannem Paëzium de Castro pro vero eius auctore venditasse; maleque mihi cessisse inquam cum D. Ioanne de Yriarte literariam aleam, qui hunc errorem invictis argumentis detexit,* <sup>(1)</sup> sopori meo excitando longe praesentius atque efficacius fuit. Cum autem et eam ego *Vindicationem* inter alia D. Tychsenii opuscula pridem ediderim, si diutius de hoc sileam, immo nisi falso in me id iactari ostendam, idem ipse mihi inustam ab aliis notam adscripsero. Iuvat autem rem quo gesta est ordine primum enarrare.

In-

(1) *Haud mente* (inquit de Censore Anonymo loquens in *Vindicat. Lat. n. 1.*) *circumspiciens, quam male olim cesserit Ill. Bayero, qui ut Cl. Gundisalvo Perez Odysseae versionem Hispa-*

*nicam abiudicaret Ioannem Paëz de Castro pro vero auctore venditabat, quin hunc errorem eximius polyhistor et ingens etc. b. Ioannes de Yriarte...invictis argumentis detegeret.*



Ineunte vere MDCCLXII. CAROLI TERTII Regis, Optimi Principis, iussu è Toletana Hispaniarum Primate Ecclesia, cui tunc honestissimis Canonicatus et Cimeliarchatus sacerdotiis addictus inserviebam, in Regium S. Laurentii M. Escurialense Coenobium translatus ut Latinos Graecosque et Hebraicos eiusdem Bibliothecae codices manu exaratos recenserem describeremque, triennii spatio in eam curam incubui, donec iniuncto munere pro virili defunctus fui. Exstant penes me integri trium linguarum MStorum. catalogi quinque maioris formae iustaeque molis voluminibus comprehensi, cum specimenibus characterum rariorum atque antiquiorum codicum accuratissime ex autographis desumptis: quibus accessere varia Sanctorum Patrum, necnon Philosophorum, Historicorum ac Declamatorum veterum Graecorum opuscula magnam, ut putamus, partem inedita, è quibus unum item et alterum Latio à nobis donatum fuit. Ea vero ab anno MDCCLXV. nimirum ex quo primum ab opere cessavimus in privatae bibliothecae angulis ad hanc diem latuere, atque à Viri Eximii obitu, cuius animo alte insederat, ut adhibitis δευτέραις, quas vocant, φροντίσι in publicum prodirent, vix scio an de his edendis ulterius actum aut deliberatum sit: quae fusius aliquanto commemoranda hoc loco fuere, quoniam, ut me D. Tychsenius monuit, sunt qui me Escurialensibus catalogis conficiendis consenuisse, iisque vel nunc tanquam Sirenum scopulis adhaerescere existimant <sup>(1)</sup>.

Ea

(1) M. Ansse de Villoison Gallus cuius strenuam operam in describendo ac notis illustrando eximio Sacrorum Bibliothecae Sancti Mar-

Ea vero dum apud Sanctum Laurentium gererentur frequentes ad me Monachi salutatum veniebant, et praecipue quibus pro tempore Regiae Bibliothecae cura commissa erat, qui et ipsi describendos à me codices in dies singulos suppeditabant. Vbi autem noster ille labor paulatim emergere coepit, observatumque ab iisdem fuit non perfunctoriam in eo negotio locari operam, tum demum in familiaribus colloquiis significârunt in rem quoque Regiae Bibliothecae fore si recensionis meae exemplum penes eandem remaneret, subindeque innuerunt ut illud ex adversariis meis fide optima desumendum permetterem. Atque ego quidem initio abnuebam, causatus scilicet extemporalem, ut videbant, scriptionem esse plurimisque erroribus obnoxiam quaeque ulteriores curas et limam desideraret. Illi autem vel ita non parum usui aiebant  
fu-

Marci Venetae saeculo IX. aut X. sinistrorsum pro Iudaeis Hellenistis exarato; in vulgata Homeri Iliade Graeca cum variorum scholiis et aliis bene multis pro merito extollit singularis amicus ac conterraneus meus D. Abbas Ioannes Andrès, Orbi notus, in literis ad Carolum fratrem Mantuae 17. Nov. 1788. (T. III. Epist. 3.) Is igitur Vir Cl. in literis ad D. Theoph. Chr. de Murri 1783. Tomo XII. Diarii Murriani pag. 308. insertis, referente D. Tychsenio, scribit: *Le Chanoine Bayer...travaille depuis long tems au catalogue bien plus important des MSS. Grecs de l' Escorial qu' il ne finira jamais. Vous (pergit) aurés vû son dernier ouvrage sur les medailles Samaritaines, ou il promet l'explication des Espagnoles. Dieu veuille qu' il tienne parole; mas j' en doute.* Qua in re vereri equidem incipio, ne non

vanum sit eius augurium, cum paene octogenarius sim et plurimis urgear; incumbam in id tamen, modo Deus vitam viresque indulgeat. Ac de Phoenicum seu Turdetanorum in Hispania numis, nimirum qui littoralem Baeticae oram incolere, nonnulla olim speciminis loco edidi (*Del alfabeto y lengua de los Fenices*); de Celtibericis vero sive Graecorum, cum pro re nata agendum mihi paulo pridem fuisset ac paene innumera dicenda succurrerent, pauca de Saguntinis, Saetabensibus et Calagurritanis deligenda fuere: ut vel si minus fidem liberavero non omnino vacuus obligasse arguar. Etenim non minus vere à Iustiniano dictum *amplius saepe de facultatibus suis sperare homines quam in iis est*, atque à Sallustio *quae sibi quisque facilia factu putat aequo animo accipere; quae suprâ veluti ficta pro falsis ducere.*

futuram, maxime cum in lacrymabili eius Bibliothecae incendio, quod anno MDCCLXXI. contigit, bona quoque catalogorum eiusdem portio conflagraverit. Quid plura? Mos iis gerendus, et quae de Bibliotheca Laurentiana Escorialensi deque universis Regii Coenobii Patribus, à quibus perbenigne exceptus fueram, benemerendi occasio sponte in manus meas deciderat, minime aspernanda aut vacua dimittenda fuit. Itaque ex eo tempore recensione meae paginae adhuc à manu calentes ad Bibliothecam convolabant à librariis continuo describendae: quod in tribus Latinorum codicum voluminibus praestitum.

Ventum ordine fuit ad recensionem Codicis signati *Digrammate & Pluteo IV. num. 22.* in quo plurima eaque autographa Cl. Ioannis Paëzii de Castro Philippi II. Hispaniarum Regis Chronographi, Eidemque à Sacris, adversaria continentur, quem ut poteram (sunt enim in eo permixta ac perturbata fere omnia) hoc modo descripsi.

## , R E C E N S I O

, *Codicis Bibliothecae Regiae Laurentianae Escorialensis signati*  
 , *Digrammate & Plut. IV. n. 22. In catalogis nostris*  
 , *Tom. Latinor. II. pag. 254.*

, **I**OANNIS PAEZII DE CASTRO Historici Regii Miscellanea varii argumenti paene innumera, saltem non facile describenda, in quibus pleraque ipsius opera magna ex parte poëtica leguntur; ea vero potius adversaria dixeris, innumeris scilicet lituris deformata, atque in universum rubricis destituta, ut vix internoscas quae ipsum quaeve alios auctores habeant. In

Y

, Vr-

, Vrbe tamen et Paëzii manu, si unicum excipias poëmation,  
 , conscripta fuisse constat. Elicitur hinc quoque integram ab  
 , eo Homeri Odysseam in patrium sermonem xxiv. libris con-  
 , versam fuisse, quos Philippo II. Regi aut Carolo Caesari de-  
 , dicavit; exstat enim in Codice nuncupatoriae epistolae bona  
 , pars, operis autem, quod carmine trimetro constabat, non nisi  
 , fragmenta supersunt aliqua in eadem epistola seu operis pro-  
 , logo, quo loco de Homeri laudibus agit. Quod nobis univer-  
 , si laboris reliquum est vix quaternionem implet, lituris ut  
 , alia omnia undequaque respersum, foliis item uno aut altero  
 , loco motis, prorsus ut nec pes nec caput uni reddatur for-  
 , mae. Sistimus tamen eius gustum aliquem, ut coniiicere Le-  
 , ctorez possint qua Paëzius et doctrinae copia, et dicendi polle-  
 , ret in utroque sermone facundia.

„Primeramente muestra ( inquit Paëzius Homerum com-  
 mendans ) „ que hai Providencia : que Dios castiga los malos;  
 „ porque quando el viejo Laertes, que tan penado estaba por  
 „ su hijo, supo que era venido y muerto à los que le destruían,  
 „ dixo:

„ *Jupiter Padre, agora veo de cierto*  
 „ *Que hai Dioses en el grande cielo Olympo,*  
 „ *Si es verdad que los vanos amadores*  
 „ *Han pagado los males que hacían.*

„ Y este argumento siguiò Claudiano y otros muchos. Des-  
 „ pues en aquella question tan trillada del libre alvedrio, de la  
 „ qual dependen las dos cosas que hemos dicho, puso su  
 „ opinion qual convenia al gobierno del mundo. Porque pu-

„ so

„ so sabêr en Dios de las cosas por venir, la qual ciencia llama-  
 „ mò hado, y dixo que era imposible faltar; pero la culpa de  
 „ lo mal hecho atribuyò à los hombres como libres para lo  
 „ poder hacer ò no. Introduce à Jupiter que habla con los  
 „ otros Dioses de esta manera:

„ *Dioses quereis saber à dò hà llegado*

„ *El juicio vano ya de los mortales,*

„ *Que luego como algun mal trabajoso*

„ *Les viene, nos dan culpa afirmando*

„ *Que alguno de nosotros lo hà causado.*

„ *No miran que les viene de sus culpas,*

„ *Y no porque ello fuesse assi hadado.*

„ Echado este fundamento, dixo que en Dios no habia in-  
 „ gratitud, y que oîa y favorecía al miserable; y assi introduce  
 „ à Jupiter que dice à Venus su hija, que le rogaba por Ulixes,

„ *Como quieres que ponga yo en olvido*

„ *El gran valor de Ulixes el divino,*

„ *Y el animo y virtud tan excelente*

„ *Que le hà encumbrado tanto entre los hombres?*

„ *Y como olvidarê que siempre ha hecho*

„ *Tan grandes sacrificios à los Dioses*

„ *Que viven en el Cielo eternamente?*

„ De manera que dà à entender que à hombre tan agrade-  
 „ cido por lo que recibìò de mano de Dios haciendole ofren-  
 „ das y sacrificios, no le desampararia en su necesidad; y con  
 „ esto manda que los votos que se hacen à Dios se cumplan  
 „ luego, lo qual muestra en persona de Agamemnon, que

„ dice haver sido detenido en Egîto por no haver cumplido  
 „ un sacrificio que havía votado; y añade:

„ *Porque quiêren siempre que se acuerden*  
 „ *De cumplir sin tardar sus mandamientos.*

„ Muestra tambien que quando Dios quiere hacer algun cas-  
 „ tigo , primero lo amonesta : como quando à Alitherses vie-  
 „ jo prudente que los declara la voluntad de Dios ; pero mues-  
 „ tra juntamente quan malo es de quitar un vicio , en la res-  
 „ puesta que le dio Eurymaco:

„ *O Viejo allà à tus hijos en tu casa*  
 „ *Adivina las cosas que quisieres,*  
 „ *Porque en lo por venir no les avenga*  
 „ *Mal ò daño, si el hado assi lo quiere.*

, Multum iam in hac re me fuisse subvereor ; sed quando  
 , Paëzii Graecam atque Hispanam facundiam vidimus , iuvat  
 , quoque ut Latinam eius phrasin poëticumque oestrum agno-  
 , scamus. Sic is alicubi in Codice nostro Perezium ( Gundisal-  
 , vum, ut credimus, doctissimum virum Philippo II.º à secretis,  
 , qui et ipse Odysseam Homeri in Hispanum sermonem con-  
 , vertit ) alloquitur:

„ *Haec tu carmina quae modo , Perezi,*  
 „ *Tam laeto legis ore , si putasti*  
 „ *Gratis esse data à tuo Poëta,*  
 „ *Multum deciperis : tuus Poëta,*  
 „ *Haec donat tibi ob aureum Philippum.*

„ *Rur-*

„ *Rursus falleris, et putas Philippum*  
 „ *Regem dicere me, tuum patronum,*  
 „ *Quamvis aureus ille sit. Quis ergo,*  
 „ *Dices, aureus hic erit Philippus?*  
 „ *Hic est quem pilulis tuis eburnis*  
 „ *Lucratus fueras heri, per arctos*  
 „ *Dum pontes melius globos minutos*  
 „ *Transmittis. Nimum indicasse credis,*  
 „ *Cum totos valeas decem poëtas*  
 „ *Vel vili aureolo tibi parare.*  
 „ *Sed si rem bene supputas, Perezi,*  
 „ *Hos versus emere haud potes minoris,*  
 „ *Aut hos vendere; nam iocum rependo*  
 „ *Pro ludo tibi. Non placet sed ista*  
 „ *Permutatio, clamitas? Philippum*  
 „ *Ad Graecas dabo proximas Calendas.*

, Iam vero ad Codicem utcumque describendum accedamus.  
 , In eo affecta fere omnia primisque tantum lineis adumbrari  
 , coepta. Primo autem etyma quaedam Hispanica leguntur è  
 , Graeco mutuata. 2.º De voce *μύουρος*. 3.º Amatorium epi-  
 , gramma. 4.º Petri Serrae Celtiberi epitaphium, perfectum.  
 , 5.º Excerpta ex Alcyonio de Exilio. 6.º Quod non omnis de-  
 , lectatio sit repletio; et è contrario, non omnem repletionem  
 , esse voluptatem. 7.º Ad Pherussam epigramma. 8.º Ex Dios-  
 , coride, De odoramentis. 9.º Ad incertum Hispanum *Carri-*  
 , *zium* in patriam cogitantem, ne Urbem relinquat, insigne  
 , poëmation, sed affectum:

„ *Tune*

„ *Tunc* (inquit) *valedices Vrbi dominae atque iocosis*  
 „ *Deliciis? Poteris veteres tu linquere amicos,*  
 „ *Vestitu libero privatus vivere, barbâ*  
 „ *Derasa atque togâ ulnarum septem ire severus?*  
 „ *Composito vultu quasi sacra ÷ fercula ducas?*  
 „ . . . . . *O! si quid amico*  
 „ *Credis, si studio in te nostro das aliquid, si*  
 „ *Vita tibi est chara et tandem fato cupis ire*  
 „ *Ad manes quo cuncta ruent quocumque loco sint,*  
 „ *Munere telluris nutrita, memor brevis horae:*  
 „ *Vive tibi Romae quod posthac Parca benigna*  
 „ *Staminis adiiciet &c.*

- , 10. Ad Carolum V. puerum. 11. Epigramma eroticum..  
 , 12. In Cosconem quendam.. 13. Ad Alexandrum quendam  
 , epistola familiaris, versu.. 14. Excerpta ex Aristotelis me-  
 , chanicis.. 15. Ad Alexandrum epistola alia.. 16. Ad Sophro-  
 , synem quandam personatam ex Requesenia domo.. 17. In  
 , tabulam Penelopes, Ode Hispanica.. 18.. Ad Carrizium, re-  
 , currit poëmatium de eodem in patriam regredi cogitante..  
 , 19. Loca notata à Rabbinis quasi ea Septuaginta Interpretes  
 , corruperint.. 20. De Oratione et eius partibus.. 21. De lite-  
 , ris singularibus et earum significato, seu de Siglis.. 22. Ex  
 , Leone de Balneolis Hebraeo qui floruit Christi anno 1329.  
 , excerpta è libris de anima.. 23. De Adonide marmoreo atque  
 , de Hyella, Epigrammata.. 24. Hieronymi Frac (f. *Fracastorii*)  
 , ad Franciscum Turrium poëmatium quo ipsum in villam  
 , suam invitat.. 25. M. Ant. Flaminii ad Petrum Viperam,  
 , Ode



, Ode qua vitam atque otia eius laudat.. 26. Incerti ad Steph.  
 , Saulium, Ode egregia.. 27. Tractatus an intellectus mate-  
 , rialis possit immortalis fieri? (*Videtur integer, Auctor tamen*  
 , *eius non indicatur*).. 28. De divinatione.. 29. De scientia  
 , Dei.. 30. De providentia Dei.. 31. De vi astrorum.. 32. De  
 , ente abstracto (*Opuscula integra seu potius excerpta ex incer-*  
 , *tis Auctoribus*).. 33. Graeca nonnulla è Polybio, item è Lon-  
 , gino Philosopho in Hephæstionis Enchiridion.. 34. Fran-  
 , chini *Hispania*, Ode elegantissima ad Ioannem Casam in-  
 , cipiens

„ *Suavis voluptas est homini, Casa,*

„ *Mores et urbes conspicerè exteras &c.*

, 35. Levini Torrentii ad Hippolytum Salvianum in eius li-  
 , brum de piscibus, Ode.. 36. Eiusdem alia de die festo S. Mar-  
 , tini.. 37. De imagine Francisci Vargas Oratoris Caesarei apud  
 , Venetos, Epigramma.. 38. De libro quodam, *De ordine crea-*  
 , *turarum, et miro Creatoris artificio*: qui à Philippo II. con-  
 , scriptus videtur, Paëzii iudicium. Incipit: *Leyendo este libro*  
 , *de V. Magestad me vino al pensamiento &c.* quatuor chartis in-  
 , tegris caractere minutissimo, mutilum tamen.. 39. Excer-  
 , pta ex Aristotelis Ethicis.. 40. Incerti, Murium convivium,  
 , versu.. 41. Ioannes Casa ad Galateam. 42. Eiusdem: *Turdi,*  
 , utrumque versu.. 43. Excerpta ex Damasceno.. 44. In A-  
 , morem.. 45. De Arithmetica ac de horologiis.. 46. Ioannis  
 , Casae, Ode: *Mentem blanditiae perdere credulam*.. 47. Paëzii  
 , ad personatam Pancalem Epigrammata.. 48. Incipit *Prolo-*  
 , *gus Paëzii de Homeri Odyssea in Hispanum sermonem conver-*  
 , *sa*..

, *sa.* 49. Epistola Hispana Paëzii ad virum Summum itidem  
 , Hispanum, cui adversi nonnihil in Vrbe acciderat et ab ea-  
 , dem ex abrupto discedere cogitabat, ut sibi ab ira temperet,  
 , et paulo consultius agat.. 50. Versus de templo quodam re-  
 , cens exstructo.. 51. Nicolai Cabasilae Expositio compendia-  
 , ria Missae.. 52. Paëzii, *Recurrit prologus in Homeri Odys-*  
 , *seam.* 53. Paëzii urbium praecipuarum Europae nomina or-  
 , dine alphab.. 54. De Oratoris officio. Paëzii ad Papam po-  
 , stulatum pro dispensatione quadam, et ad Summos Pont. allo-  
 , cutiones variae.. 55. De Astronomia.. 56. *Recurrit Prolo-*  
 , *gus Odysseae Homeri.* 57. Declaratio verborum quae in  
 , Homero obscura sunt Hispanice; *Y porque en Homero ( in-*  
 , *quit Paëzius ) como mas antiguo hai mas palabras que no res-*  
 , *ponden à cosa de las que agora usamos, no pude hacer menos*  
 , *que dexar assi en Griego, ò à lo mas que ser pudo en Latin,*  
 , *con intencion de juntarlas y hacer una declaracion por rodeo de*  
 , *palabras, quanto bâte à que se entiendan, como las siguien-*  
 , *tes, HECATOMBE, quiere decir: Sacrificio de cien bueyes &c..*  
 , 58. Paëzii Excerpta ex Epistola Maurolyci ad Simeon. Vi-  
 , gintimillium, data Messanae VI. Non. Mar. MDLVI. Item ex  
 , quarto libro Archimedis.. 59. Andreae Resendii Ode in Gal-  
 , los: *Rursum tumultu Gallia turbido &c..* 60. In Romanam  
 , quandam apud Belgas sepultam et ab Avila quodam Hispano  
 , Caesareo Equestris Militiae Praefecto Romam relata.. 61. De  
 , Mathesi quaedam.. 62. De providentia Dei et peculiari quam  
 , habet Catholicae Religionis cura, Poëma. Videtur autem An-  
 , tonii Augustini manu scriptum.. 63. Paëzii *Carta de Conse-*  
 , *jos*

,jos

, *jos en Español*.. 64. Mich. Sylvii Cardinalis in statuam puel-  
 , lae ad Aquam Virginem.. 65. In quendam Patrem Octa-  
 , vium, qui integra valetudine carnibus vescebatur esuriali tem-  
 , pore.. 66. Hispanica avium nomina.. 67. Ad Petrum Are-  
 , tinum Poëtam.. 68. Decem numerationes Cabalae ab He-  
 , braeis dictae *Sepphiróth*.. 69. Ex Martino Fernandez de En-  
 , ciso, quaedam.. 70. Item ex Quintiliano et aliis, alia.. 71. Li-  
 , lii Giraldi ad Card. Salviatum.. 71. Paëzii carmen ad Sum-  
 , mum Pontificem de corruptis moribus ac dilapsa disciplina..  
 , 72. Ad Litas seu preces, Paëzii carmen.. 73. In Patrem  
 , Octavium quod Bacchanalibus larvarum festis frequens inter-  
 , esset.. Ad Zanchium, carmen.. 75. De morte M. Ant. Fla-  
 , minii.. 76. In Octavium et Furrium, de causa cur tamdiu de  
 , creando Pontifice in Conclavi deliberetur.. 77. De Ordonio  
 , quodam Hispano subita morte praerepto.. 78. De Dromone  
 , Sophista.. 79. In Gallos.. 80. In sepulcrum *de Cobos*, epi-  
 , gramma.. 81. In Zelotypum quendam Pictorem.. 82. Ad  
 , Gundisalvum Perezium Philippo II. Regi à secretis, Ode quam  
 , superius integram descripsimus.. 83. Doctoris Matthaei Pas-  
 , chalis Hispani versus quos ipse sepulcro suo inscribendos con-  
 , scripserat,

„ Matthaeus Paschalis moriens

„ *Semper in adversis vixi, genus omne malorum*

„ *Expertus, quorum non fuit ulla quies.*

„ *Nunc morior, nunc finis erit, nunc ista valebunt.*

„ *Quod superest, animam suscipe, Christe, meam.*

, Sunt et adhuc de Iracio quodam Tiberis aquis absorpto et

Z

, de

, de Beatrice quadam epigrammata, et minutiora alia in Codice, Paëzii manu ex asse descripto, praeter illud unum epigramma: *De Providentia Dei*. Quae nos paulo prolixius descripsimus, quod virum in paucis inter Hispanos doctum, quia nullis editis libris sui memoriam transmisit ad posteros, vix aliquo censu à plerisque haberi, saltem non satis pro meritis laudari intelleximus.

, Codex chartaceus, quarta forma, sub medium saeculi decimi sexti scriptus.

, Π Α Ρ Ε Ρ Γ Ο Ν

, *De Homeri Odyssea in Hispanum sermonem conversa quae sub GUNDISALVI PEREZII nomine circumfertur.*

, **C**um primum in hoc Ioannis Paëzii de Castro *αὐτογράφῳ* codice, seu potius adversariis, toties Homeri memoriam et laudes inculcari observâsem; varia item hinc inde in eo sparsa, huius Poëtae frustra Hispanico iure ac metro donata, quorum versus eâdem omnino mensurâ, atque ii quibus Hispana Homericæ Odysseae versio Gundisalvo Perezio hactenus attributa constant; maxime vero cum in codice nostro legissem, idque Paëzii manu tam Graeco quam Latino atque patrio sermone optime mihi cognita, integrum Odysseae opus ab ipso in Hispanam Linguam translatum xxiv. libris, quos totidem à Gundisalvo Perezio de eodem argumento editos fuisse noveram: iam tum suspicionis fumus, nescio quis, iniectus mihi fuit, num scilicet eximium illud opus Gundisalvi nomine hactenus circumlatum, re ipsa Ioannem Paëzium de Castro, stro

, stro

, stro auctorem haberet, atque ab eo (quem et ab evulgandis  
 , lucubrationibus alienissimo semper animo et erga Gundisal-  
 , vum propensissimo fuisse constat) huic ut proprio illud ede-  
 , ret nomine contraditum fuisse. Rem autem ita habere, uti  
 , ego primus omnium affirmare atque in vulgus Eruditorum  
 , emittere plane non audeo, ne scilicet Gundisalvi memoriae,  
 , quam doctrinae suae ad posteros transmisit minime vulgarem,  
 , iniurius esse videar: ita silentio praeterire non possum tot in  
 , hanc suspicionem meam confirmandam amice coniurare, ut  
 , assensum vel ab invitis illico extorqueant. Ac mihi quidem,  
 , ut ingenue sententiam meam aperiam, omnis fere de ea re  
 , iam pridem scrupulus ademtus est; cautiores tamen atque  
 , oculatiores qui haec legerint tantisper haerere cupio, dum  
 , scilicet quae de hoc argumento hinc inde ex Paëzii adversa-  
 , riis, atque ex Perezio ipso collegi in medium suo loco pro-  
 , fero; longiora enim sunt quam ut hinc subiici possint universa.

*Hactenus Paëziani Escorialensis codicis descriptio.*

ATQVE haec mihi dum Codicem de quo agimus describe-  
 rem in numerato fuere. Ea vero totidem atque ipsis verbis le-  
 gas in autographa eiusdem recensione, atque in primigenio  
 unde Escorialense fluxit exemplo, quod penes me exstat ele-  
 gantissime ac nitidissime exaratum absque litura interlinearive  
 aut marginali nota; cui proinde non verbum modo, sed ne-  
 que apex aut iota unum adiici aut detrahi potuerit. Praeterea  
 de hoc argumento nihil quicquam antea aut deinceps à me  
 scriptum fuisse persancte affirmo: ut vel hinc pateat quam

non iure, immo quam non vere à D. Tychsenio in Vindicatione Latina proditum sit, me Hispanam Odysseae Homeri versionem Gundisalvo Perezio abiudicasse eamque Ioanni Paëzio de Castro falso adtribuuisse; ac vel in ea hypothese, uni hoc mihi atque in privatis adversariis scriptum, nimirum ut

*Membranis intus positis delere liceret*

*Quod non ediderim*

ex Venusini lege. Sed ut ad historiam redeam.

Confecto sub initium Iunii MDCCLXIV. recensione Escorialensium catalogorum negotio Toletum ego ad propria remeabam; cumque in transitu dies aliquot Matriti mansissem, ab amicis qui crebro ad me salutatum veniebant de praecipuis eximiae illius Bibliothecae codicibus multa rogitabar, inque his, cum de nuper in eadem inventis Ioannis Paëzii de Castro adversariis, deque nova eiusdem ut iam tum circumferri incoeperat, Hispana Homeri Odysseae versione (*nova* inquam, id est diversa ut vulgo tunc existimabatur qualisque initio mihi etiam visa fuit<sup>(1)</sup> à Gundisalvi Perezii edita) mentio incidisset: meam de hoc erotemate sententiam in nullo ab iis quae in Paëziani codicis recensione notaveram discrepantem libere ac simpliciter exposui.

Excitus hoc nuntio D. Ioannes Iriartius Regiae Bibliothecae Matritensis custos, qui tunc forte Graecorum eiusdem

CO-

(1) , Elicitur hinc quoque integram, ab eo (Paëzio) Homeri Odysseam in patrium sermonem xxiv. libris conversam fuisse. Ita in Recensione nostra; et paulo inferius: , Sic is (Paëzius) alicubi

, in codice nostro Perezium (Gundisalum, ut credimus, doctissimum virum, Philippo II. à secretis, qui et ipse Odysseam Homeri in Hispanum sermonem convertit) alloquitur.

codicum recensionem atque editionem apparabat, Escurialensem Ioannis Paëzii codicem, praecipue vero Nuncupatoriam eiusdem ad Philippum Regem epistolam in qua is ipse Hispanicae Homeri Odysseae versionis auctor ferebatur, sedulo inquisitum misit. Cui autem huius rei cura demandata fuit, Nuncupatoriae quidem initium sparsaque temere eiusdem in codice fragmenta, versus item aliquot Hispanicos cum Gundisalvi Perezii editis collatos, notulasque perbreves quas dum codicem describerem iisdem è regione adiunxeram ad D. Iriartium, ut ipse hic narrat, retulit; non tamen uti apparet, praemissam Paëziani codicis recensionem: quam si vidisset aut saltem subiectum eidem parergon, sublata, opinor, Ipsi fuisset omnis de hoc argumento scribendi occasio. Iuvat autem in eorum gratiam quibus Iriartiana Bibliotheca ad manum non est locum ex eadem integrum sistere (1).

Sub idem tempus D. Iriartius in miscellaneo Regiae Bibliothecae

(1) Ego vero (*inquit D. Iriartius Biblioth. Graec. pag. 122. col. 2.*) opportunam investigandi Verum oppertus occasionem, ad memoratum aliàs *Bernardum Yriarte in Escuriali degentem* accuratissimè scripsi, ut eam Epistolam per diligentissimos et humanissimos Regiae illius Bibliothecae Custodes exquirendam curaret. Is mandato negotio strenuè perfunctus, rescripsit: nullam aliam *Ioannis Paez de Odysseae* interpretatione ibi Epistolam inveniri, nisi quae, longae praefationi quam Epistolae similior, illius manu exarata extat in Codice MS. foris notato *iiiij. &c. 22.* varia eius Opuscula complectente, qua opus *Odysseae* in linguam Hispanam conversum Regi nuncupatur,

cuius Epistolae hoc initium: *En esta translation que de la Ulyxea de Homero hize, Sacratissimo y mui grande Rey, Principe, y Señor nuestro; he entendido ser mui gran verdad lo que Aristoteles dice, que los poetas mas que otro genero de escritores aman sus trobas, y composiciones; tum eius intersertos contextui, eosdem fere versus legi, qui in Gundisalvi Perezii Odyssea leguntur, quosque ad memoratae Epistolae margines Criticus quidam cum Pereziano exemplari excuso contentis comparatos, manu sua annotavit, ut me supradictus Bernardus misso eorundem Versuum Annotationumque apographo, additis etiam suismet Animadversionibus, certiore fecit. Ita omnino.*

bibliothecae Matritensis codice, eoque autographo, cuius tamen hodie fatum ignoratur, Nuncupatoriae Paëzii ad Philippum Regem Homeri Odysseae exemplum alterum se vidisse perhibet, itemque aliam eiusdem ad Gundisalvum Perezium epistolam, pariter autographam, Bruxellis ultima die Maii MDLV. datam, in qua Paëzius non semel ac disertissime Hispanam Homeri Odysseae versionem Perezio adtribuit: cuius utriusque specimen mox dabimus, ne quid Lector desideret. His autem nihil iam moratus calamum in me distinxit nomenque meum proscidit, quasi levibus coniecturis inductus Gundisalvum Perezium debita Hispanae Homericae Odysseae versionis laude spoliâssem, subdens (de suo scilicet atque omnino ex nihilo) *me, simul cum aliis, praeclarum inventum mirifice mihi gratulantem ubique pervulgâsse* <sup>(1)</sup>; id autem quam non sine felle et aculeis aestuante primum animo scripserit, facile ex iis coniicias quae post quinquennium ab excuso non tamen evulgato Bibliothecae Graecae opere, nimirum anno MDCCLXIX. cum in lucem id prodit, in eodem spicula reliquit. Namque sciendum est Iriartianae Bibliothecae folium paginas 123. et 124. complectens, quale in editis quae vulgo circumferuntur exemplis exstat, non eius operis primigenium esse sed subditivum et in longe acerbioris,

sub

(1) Haec porro Paëzii Epistola (*inquit D. Iriartius Biblioth. Graec. pag. 124. col. 1.*) Eruditorum animos hac ratione, si nescis, induxit: viderunt *Ioannis Paezii* epistolam autographam, legerunt ibi *Odysseae* in Hispanum translationem Regi nuncupatam, invenerunt versus

eidem insertos, quales apud *Perezium* leguntur; statimque *Odysseam*, quae *Perezii* nomine circumfertur, *Paezii* opus esse sibi persuaserunt; AC PRAECLARVM INVENTVM, SIBI MIRIFICE GRATVLANTES, VBIQVE PERVVLGARVNT.



sub iisdem numeris ab Auctore suppressi, locum, in quo nomen meum propalam cumque appensa delicti tabella traducebatur, suffectum fuisse: id quod ego in omnibus quotquot viderim exemplis ( vidi autem minimum triginta ) periculo facto didici, mecumque agnoscent quicumque huius asserti fidem proprio experimento comprobata velint <sup>(1)</sup>.

Atque ut ne de huius mutationis causis taceam, alii id factum Cl. D. Ioannis Santanderii in Regiae Bibliothecae Matritensis Praefectura Decessoris mei humanitati, alii Regionum Hispaniae Infantium Institutoris muneri, quo me CAROLVS III. Rex Eorum Parens cum propediem Iriartiana Bibliotheca in lucem edenda esset honestaverat, tributum volebant. Ego Viro docto et gravi deque me optime semper merito acceptum retuli eoque nomine grates Eidem egi, quod scirem non parum Ipsi cum D. Iriartio ut nomini saltem meo parceret allaborandum fuisse <sup>(2)</sup>. Quid vero, Deus bone! si Graecum aut Latinum distichon sexies ab Eo, ut saepe alias, Hispanice ac metricè reddendum, quod summum Ipsi in deliciis fuit, in folium quod supprimendum erat incidisset! Hic labor ille domus. Verum his omissis.

Illud constat, me solido postquam Iriartiana Bibliotheca in  
lu-

(1) In exemplis minoris seu vulgaris chartae, eius folii praepostere à Bibliopogo agglutinati vestigia supersunt manifestissima; in iis autem quae maiore seu grandiore charta edita sunt, id folium, quod minore aliquanto prae aliis forma sit, extimam superne atque inferne libri crepidinem non pertingit, neque Bibliopogi cultro abscissum est ut reliqua.

(2) Narrabat haec mihi dum gererentur, ac fide optima, Cl. Iosephus Rodriguez de Castro Regiae tunc Bibliothecae Matritensis Subcustos, quo praecipue in Graecis obstetricante Iriartiana Bibliotheca typis demum excusa fuit: quemadmodum ipse eius Auctor agnoscit in eiusdem prologo *num. 21. pag. xvii.*

lucem prodiit vicennio inustae in ea mihi levitatis atque erroris notae alte indormiisse et usque indormiturum, nisi me è perpetuo cui iam deditus fueram veterno è borealibus regionibus D.Tychsenius excitâset: cuius verba cum primum in eius Vindicatione Latina legerem, primigenii illico avulsique olim è Bibliotheca Iriartiana folii memoriam animo refricabant, immo eius partem, vocisque in Hispania emissae repercussum Butzovii sonum esse probe intellexi. Scilicet parum iis quorum intererat quorumque occulte res agebatur fuisset me clanculum et per cuniculos invasisse, nisi nomen proderent quisve demum Criticus ille esset qui Gundisalvum Perezium debita Hispanicae Homeri Odysseae versionis laude spoliâset propagalam edicerent, et vel post tricennium quoquo modo possent Orbi literario deridendum sisterent. Nihil tamen hos moror quibus sua satis, immo unice placere novi; ac neque D.Tychsenium qui falsa illorum dictata pro Delphicis oraculis habuit fuditque: monendus propterea, suum illum *eximium polyhistorum et ingens Hispaniae et reipublicae literariae lumen b. Ioannem de Yriarte, qui varia curiosa v. c. de vita Mich. Cervantes Saavedra, quorum inventionis gloriam alii in Hispania sibi vindicarunt, primus omnium in lucem protulit*, non alienum, quemadmodum Is credidit atque in Vindicatione Latina scriptum reliquit, sed proprium Auctorique, ut existimo, gratissimum <sup>(1)</sup> errorem detexisse; unice Ipsi male cessisse susceptam

(1) His itaque postremum pertractatis, (*ita Bibliothecam suam D.Iriartius claudit; in extremo eiusdem numero pag.*

579. col. 2.) commode ac feliciter mecum actum sanè dixerim, cui ut sub *initium* huius voluminis suscipienda contigit am-

ptam mecum *immortalique*, ut Idem subdit, *Graecorum codicum Bibliothecae Regiae Matritensis recensione* insertam velitationis aleam; quippe cui, ut feriatum diu calamum solaretur, erraticorum equitum ritu confingendus hostis fuit quem pro libito funderet, deleret,

..... *diffaretque spiritu,*

*Quasi ventus folia, aut panniculam tectoriam.*

Nunc iam, quod olim pollicitus fui, de *nuncupatoria* Paëzii ad Philippum Regem, ac de *familiari* eiusdem ad Gundisalvum Perezium epistola; quidve postquam utramque non semel atque attente legerim de Hispanae Homeri Odysseae versionis auctore sentiam candide ac simpliciter exponam. Sciendum est autem me fide optima animoque à partium studio omnino libero in Paëziano-Escorialensis codicis recensionem incidisse, atque adeo seu versionem quade agimus Perezio sive Paëzio tribuas perinde mihi esse ac fuisse hactenus. Atque initio quidem, id est cum primum in eo codice, manu Paëzii optime mihi cognita, legissem integrum Odysseae Homeri opus Hispanice ab eo versum et Philippo Regi nuncupatum, aliam atque aliam, ut iam supra monui, Perezii et Paëzii versionem fore existimâsse, donec *nuncupatoriae* versuum cum Perezii editis collatio contrarium me docuit; exinde vero incertum quid agerem haesisse, sed aliquanto in  
Paë-

amplissimi omnique doctrina ornatissimi Viri ab alieni Operis usurpati suspicione Vindicatio: ita in *fine* Literatoris omni eruditionis genere excultissimi Accusatio

de *Furto litterario* aggrediendam sese obtulerit. Ibi *Gundisalvi Perezii* Hispanae *Odysseae* Interpretationis Auctoris à quibusdam minus crediti mentio etc.

Aa

Paëzium propensiolem, ut parum abfuerit quin aleam pro eo iacerem. Quidnî autem? An viro docto et gravi in facto proprio affirmanti fides gratis deneganda? *Gratis* inquam; cum nemini tunc nota esset Paëzii ad Gundisalvum Perezium *familiaris* epistola, cui unice D. Iriartius innititur; ac vel si ad manum mihi fuisset, minime ipsi acquievissem, cum ea non magis Perezio quam *nuncupatoria* Paëzio faveat; immo vero, cum et aliquanto prae illa recentior sit <sup>(1)</sup>, erunt vel hodie qui ex utriusque temporum collatione coniecturam pro Paëzio faciant. In tanta igitur caligine nihil mihi aequè honestum ac tutum videbatur, ac si qua ratione aut probabili saltem indicio nuncupatoriam à Paëzio non ex propria persona sed aut sponte sua in Perezii gratiam, aut huius rogatu, eius certe nomine, scriptam fuisse è binis illius epistolis elicere; idque mihi pro virili inquirendum proposui ac nescio an praestiterim (*Vid. not.* <sup>(2)</sup>); feliciores autem esse cupio qui subiecta  
epi-

(1) Paëzii ad Gund. Perezium Epistola scripta fuit postrema die Maii (MDLV.) ut in exemplo nostro et ap. D. Iriartium *Biblioth. Gr. pag. 123. col. 1.* legitur: quo tempore Philippus Angliae quidem et Neapolis Rex, Hispaniae tamen Regnorum designatus tantum Successor erat; neque enim nisi anno proxime sequenti, die XVI. Ianuarii Carolus Parens Castellae et Indiarum imperium in eum transtulit, ut docent Historici nostri, Lud. Cabrera *de gestis Phil. II. lib. I. c. 8.* At Nuncupatoria, ut ex eadem liquet, ad Philippum II. iam tum Hispaniae Regem directa est.

(2) Paëzius in limine Epistolae ad Gund. Perezium (ap. D. Iriartium *Bibl.*

*Gr. pag. 123. Not. col. 1.* atque in exemplo nostro) ait ad complendam Hispanam Odysseae Homeri versionem XIII. eiusdem libros Perezio deesse. Sistimus Hispanica eius verba: *Gran merced (inquit) recibí en que V.m. me diese parte de esta labor tan bien trabajada antes que se publicasse entera* CON LOS XIII. LIBROS QUE FALTABAN. In eo autem manifesto Paëzius labitur; non enim XIII. sed XI. tantum libri deerant ad eam versionem perficiendam; cum Homeri Odyssea XXIV. non amplius libris contineatur, è quibus Perezius XIII. priores ediderat Antuerpiae MDL. et Venetiis MDLIII.. Atque idem Perezius in Nuncupatoria integrae Odysseae Homeri  
ver-

epistolarum specimina legerint. Ac de his plus satis.

versionis, Antuerpiae anno MDLVI. Philippum II. alloquens ait: LOS ONCE LIBROS QUE ME FALTABAN DE LA ULYXEA DE HOMERO (ap. D. Iriart. *Bibl. Gr. pag. 124. Not. col. 2.*) quae totidem verbis habentur in nov. edit. Matritensi MDCCLXVII. Atqui si Paëzius Hispanae Odysseae Homeri versionis vere exstitisset auctor, nunquam ei tale verbum atque erratum excidisset; neque enim quot ipse pridem libros in Hispanum sermonem verterat non meminisse, nec nuperrime ab eo translatorum numerum non in promptu habuisse poterat.

ATQUE haec de circumlata Gundisalvi Perezii Hispana Odysseae Homeri versione. Verum ut de eiusdem eximii Operis in Latinam atque in Hispanam linguam metricis ac prosaicis translationibus obiter agam, primus omnium Livius Andronicus teste Cicerone, Gellio et aliis ap. I. Alb. Fabricium *Bibl. Gr. lib. II. c. III. n. 18.* Latino id carmine reddidit; item *Carolus Aretinus* (metrica ut videtur), cuius versionis, ut MS. meminit apud eundem Fabricium l. c. Labbeus *Bibl. nov. MStorum. pag. 335.* Quatuor eiusdem libros, nimirum IX. X. XI. et XII. elegiaco Latino carmine expressit *Ioannes Prassinus* ediditque Witembergae MDXXXIX. 8°. Integram Odysseam unam cum Batrachomyomachia (à *Iacobo Bal-*

*de Iesuita elegantissimo poemate Latino ornata atque amplificata*), carmine heroico *Simon Lemnius Emporius Curiensis*, Basileae apud Oporinum, MDXLIX. 8°. Libros octo *Franciscus Floridus Sabinus* Parisiis MDXLV. 4°. Prosaico autem sermone *Raphaël Volaterranus*, Venetiis MDXVI. apud Bernardinum Venetum de Vitalibus fol. et ex officina Ioannis Graphi MDXXVIII. 8°. *Georgius Maxillus*, Argentorati MDX. fol. *Andreas Divus Iustinopolitanus*, Venetiis apud Aldum MDXXXVII. Parisiis MDXXXVIII. et Saligniani MDXL. 8°. ac recentiores alii. E nostris Cardinalis Archiepiscopus Toletanus *Petrus Gonzalez de Mendoza* iuvenis adhuc Salmanticae, paulo ante medium saeculi xv. Odysseam è Latino in patrium sermonem transtulisse dicitur à Petro Salazar de Mendoza in *Chronico de eius gestis lib. I. cap. 17.* »En los años (inquit) que »cursò y pasò en Salamanca, se diò à traducir algunos libros de Latin en Castellano: »Traduxo con harto primor y elegancia la *Ulissea de Homero*, la Eneida »de Virgilio y algunas Obras de Ovidio.« quorum hodie fatum ignoratur. *Vincenzus Marinerius* Valentinus heroico carmine Odysseam, Iliada, Batrachomyomachiam etc. de quibus vid. *Biblioth. Gr. Iriartianam pag. 504. seq.*

IOANNIS PAËZII DE CASTRO

AD PHILIPPVM II.

HISPANIARVM REGEM

NVNCVPATORIA

**E**n esta translacion que de la Ulyxea de Homero hize, Sacratissimo y muy grande Rey Principe y Señor nuestro, he visto claramente ser verdad lo que Aristoteles dice, que los Poetas mas que otro genero de Escritores aman sus composiciones y trobas. Lo qual tambien afirma Tulio hablando de los versos de Dionisio Tirano; porque no siendo yo el autor de esta obra, con solo haber procurado que estubiese en lengua Castellana, le he cobrado tanta aficion, que no mirando la grandeza de V. M. y las importantissimas ocupaciones suyas, me he atrevido à la enderezar y consagrar à su felicissimo nombre como si fuera cosa digna del mayor Señor del mundo, qual V. M. es, sin que nadie se pueda agraviar: siendo conforme à todo derecho y razon que el padre y el hijo sean habidos por una persona; pero todavia templè esta aficion de tal arte que no me atrevì à dar juntos veinte y quatro libros à V. M. sino en dos veces, partiendo la obra casi por medio; porque temì fastidiar, y con la culpa mia hacer perjuicio à tan excelente Autor como es Homero; y si yo estubiese seguro que mis manos no le han qui-  
ta-

EIVSDEM

AD GVNDISALVVM PEREZIVM

BRVXELLIS VLT. DIE MAII M. D. L. V.

FAMILIARIS

**G**ran merced recibì en que Vmd. me diese parte de esta labor tan bien trabaxada, antes que se publicase entera con los XIII. libros que faltaban; porque allende que me diò tan buena ocasion para tornar à ver la Ulyxea de Homero, con tan gran recreacion, entendì mejor muchas cosas que antes, con la claridad y lustre que Vmd. les dà.

A Homero siempre le tuve por cosa mas que humana, pero con esta translacion de Vmd. entiendo muchos lugares dificultosos, y me parece que servirà de glosa para los que quisieren cotejar con esto lo griego. Ganè tambien, que con no estorvarme la dificultad del language, leo tan presto todo el libro, que alcanza à estar todo junto en la memoria: de donde vine à considerar muchas cosas de que pienso aprovecharme contra estos nuevos Zoilos que agora se levantan.

Asi acontece à los grandes autores quando se renueva su gloria y fama, como al fuego que suele salir de algunos montes à temporadas, que espanta mas que si siempre se viesse arder. Vemos que muchos procuran escurecer esta luz de Homero puesta en cumbre tan alta, no acordandose  
que

NVNCVPATORIA

tado su gracia y frescura , como suele acontecer à las rosas que rústicamente se manosean, no pensaria ser aficionadamente dicho que no se le pudiera ofrecer cosa tan digna de V. M. como Homero , ni èl pudiera hallar en el mundo otro nido donde cupieran sus grandes partes con la autoridad que merece su saber y valor junto con la gracia y cortesía incomparable que usa. Mas por la parte que de mí tiene , fue cierto, atrevimiento ò por mejor decir calor poetico presumir de ponerle en tan alto lugar , dado que la empresa fue tan grande que me debia bastar el haber osado emprenderla para merecer no solo perdon pero alguna manera de alabanza ; aunque haya quedado mil leguas lexos de la polida grandeza que Homero tiene en su lengua ; y para no tenerse en poco que haya podido guardar el verdadero entendimiento de sus versos , en el qual muy claros y grandes hombres erraron , como claramente mostrarèmos en su vida. Pero porque algunos no piensen que Homero solamente fue tenido en precio de hombres filosofos y de otros que gastaron su vida en letras, no saliendo de la sombra ociosa al sol del gobierno (*de*) negocios , como conviene à los que con obras exercitan lo que los Sabios trataron de palabra : serà bien mostrar que Homero es Autor dignisimo de ser leído de grandes Principes y Reyes, por testimonio de los mismos Emperadores y grandes Señores

FAMILIARIS

que dice la Escritura que la lumbre puesta sobre el monte no se puede esconder. Con esta translacion de Vmd. le han encendido grandes luminarias del valor y virtud de Homero , principalmente en este libro de la Ulyxea, cuya claridad habia estado sepultada mas de mil y setecientos años , conocida solamente de los que sabian la lengua Griega.

Livio Andronico Poeta muy antiguo trasladò la Ulyxea en Latin, la qual , allende que era tosca y groseramente trasladada, no llegó à nuestros tiempos , salvo algunos versos della referidos por otros. No me acuerdo que Autor alguno digno de cuenta la haya vuelto en Latin , ni en lengua vulgar asta agora. Por esto no es maravilla que juntamente con la luz que agora sale, se mezcle algo de humo y embidia : principalmente viendo que Vmd. và volando junto con Homero por todo el mundo.

Diceme Vmd. que le escriba lo principal que me parece de la vida de este Poeta. Yo lo puse luego por obra , y juntábase tanta materia de lo que notan (¶ *sic omnino*) en diversos Autores, se haria un gran libro: por esto lo dilatè para quando Vmd. placiendo à Dios , traslade la Iliada. Del genero de verso , y pureza de la lengua Castellana y de su Ortografía muchas veces hemos tratado por cartas familiarmente , donde Vmd. pudo ver que mi voluntad era buena, aun-

ñores de quien ha durado la memoria asta nuestros tiempos; por donde se vea la calidad del presente, y que no sin razon le enderezè à V.M. De Alexandro Magno escribe Plinio y Plutarco y otros muchos, que habiendo vencido al Rey Dario le truxeron un cofrecito que se hallò en su recamara donde Dario tenia guardados sus olores y algunas joyas de gran precio, hecho todo de oro y perlas; y que tratando Alexandre con los suyos, para qué seria bueno, pues à èl no le contentaban aquellos unguentos preciosos que los Asiaticos usaban, antes como hombre de guerra holgaba mas con el polvo y sudor; diciendo cada uno à qué cosa podia servir conforme à su parecer; viendo la diversidad de sentencias, dixo al fin el gran Rey y gran Capitan: mejor es para guardar en èl à Homero que para quanto vosotros habeis dicho; porque asi conviene que la obra mas subida que animo humano pudo hacer, se conserve y encierre en la mas rica y hermosa caxa del mundo. Solo este testimonio le pareció à Plinio que bastaba para todo quanto se quisiese decir de Homero, y asi no quiso hacer otra prueba, siendo èl Abogado tan sabio que supiera alegar muchas cosas aunque el pleyto fuera dudoso, quanto mas en tan buena causa; y cierto, asi pareciera à todo el mundo si no se atravesàra un autor muy grave que puso tacha en el juez,

di-

aunque diferimos en algunas pocas cosas. En esta carta solamente quiero escribir mas largo que otras vezes, como el presente que Vmd. hace deste libro conviene mucho à la Magestat del Rey nuestro Señor por tres causas, la una por ser Rey: la segunda *por sucesor en los Reynos de España* y nacido en ellos: la tercera por particular inclinacion y calidad de S.M.<sup>t</sup> Esto tratarè como suelo otras cosas con Vmd. no muy estendidamente y como si huviese de salir à plaza, sino para que Vmd. tenga materia, y pueda añadir y quitar lo que le pareciere con la gracia y dotrina que Vmd. pone en todas sus cosas.

En esta obra mostrò Homero, segun todos dicen, maior fuerza y valor de ingenio que en la Iliada, por ser la materia esteril, y haber sido menester inventar cosas provechosas y dulces para aprovechar y entretener al lector. Asi escriben que la Ulyxea es mas moral y mas dulce y mas sutil; porque debaxo de una simplicidad de palabras estàn encerradas muy altas sentencias. Plutarco, cuya autoridad sabe Vmd. quanto vale, escribe que en la Iliada se trata de las fuerzas corporales, y en la Ulyxea de la virtud del animo: en la qual nos representò un hombre sabio en todas las cosas del mundo asi en hacer, como en decir: que supo darse maña para escapar de tantos peligros, y saliendo desnudo del nau-  
fra-



NVNCVPATORIA

diciendo que no se le entendia nada de Poesia à Alexandro , el qual es Horacio excelente Poeta ; pero responderle hemos adelante , y veràse claramente quanto se engañò en lo que dice y en la probanza que hace. Agora prosigamos esta prueba con el parecer de grandes Capitanes, concluyendo primero lo que Alexandre decia de Homero , no entremetiendonos en lo que toca à la Poesia y artificio de las palabras , porque en esto no hay contradiccion bastante , como tratarèmos en su vida , sino quanto el provecho para los Reyes. De muchos Autores consta que Alexandro tenia à Homero por regla para saber gobernar el mundo ; pero mas claro de Dion Chrisostomo en los libros que escribiò del oficio y estado de los Reyes ; porque introduciendo como en dialogo à Alexandre y Philippo su padre , que tratan de la gobernacion , preguntando à su hijo , qué era la causa que tenia en tanto à Homero ? Responde Alexandre , que la Poesia de Homero no era como la de los otros Poetas que escribieron cosas baxas para provecho de hombres particulares ; porque era muy generosa y convenientisima para los que han de reynar como deben. Por esto llamaba à Homero grandisimo pregone-ro de toda virtud y cavalleria , y poeta de Reyes ; y replicando Philippo que el Poeta Hesiodo le habia vendido , le dixo , no debian ser Reyes los que juzgaron sino hombres de  
ba-

FAMILIARIS

